This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HN 1VRC P

Digitized by Google

KD7279
98763 S
100653 J

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ARETAEI
CAPPADOCIS
DE
CAUSIS ET SIGNIS
ACUTORUM
ET
DIUTURNORUM MORBORUM
LIBRI QUATUOR.

DE
CURATIONE
ACUTORUM
ET
DIUTURNORUM MORBORUM
LIBRI QUATUOR.

VINDOBONAE,
TYPIS JOSEPHI NOBILIS DE KURZBEK,
AULAE TYPOGRAPHI, ET BIBLIOPOLAE.
MDCCXC.

Digitized by Google

KD 7279

HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
DR. JOHN RATHBONE OLIVER
AUGUST 4, 1941

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS LECTORI.

In Aretaei Cappadocis, Artis Medicae Professoris, qui conjectura maxime probabili inter Neronis et Titi vixit imperia, laudem illud dixisse sufficiat, dignum virum fuisse magno Boerhaavio, quem Discipulis suis al-

Digitized by Google

terum ab Hippocrate commendaret. Ita quidem ille in Praefat. ad Aretaei Opera, quae jam anno MDCCXIX typis excusa tandem in lucem protulit Lugduni Batav. anno MDCCXXXV. f. Novam porro Aretaei Versionem aggressus erat interea Ioh. Wiganus in Anglia, eamque vulgaverat Oxoniae anno MDCCXXIII. f. cujus tardius ad se allatae nonnisi Parergis jam uti in rem suam Boerhaavius potuit. Cum vero Editio utraque et propter formam minus commoda, et ob splendorem magni pretii sit, cum utraque rarius jam in Bibliopoliis comparet, et praecipue Oxoniensis, cu-

Digitized by Google

jus tercenta solum Exemplaria prelo procusa fuisse testatur ipse Boerhaavius; cumque praeterea Alb. Hallerus in sua Principum Medicorum Editione Lausannae anno 1769. 8. coepta antiquam Jac. Goupylii, aut, ut alii censent, Celsi Crassi Traductionem retinere voluerit, rem in commune proficuam facturum me putavi, si Wigani Versionem ad Exemplum Oxoniense expressam praemissis, quae vir ille doctus de Aretaei Aetate, Secta &c. commentatus est, commoda hac, et quae Emtorum facultates non facile excedat, forma e Typographeo meo Iatrophilis in manus darem, quorum

Digitized by Google

studia ubi Autoris praestantissimi ope juvari intellexero, non sane poenitebit Propositi, ea solum scripta recudendi, quae et utilitate sua se commendent, et quibus nemo se laesum aut fraudatum jure queri possit.

PRO-

Digitized by Google

PROLEGOMENA

DE

ARETAEI AETATE.

Quonam tempore floruerit *Aretaeus* haud ita facile fuspicari licet, eo quod nullius omnino fcriptoris, qui quidem ad nos pervenit, nifi *Homeri* et *Hippocratis* meminerit? neque viciſſim ipſe, nifi a tribus fcriptoribus antiquis, Authore fcilicet librorum quorundam qui ſub *Dioſcoridis* (*a*) nomine feruntur, Aëtio (*b*) et Paulo (*c*) denique, idque ſtrictim et quaſi fortuito, memoretur. Ex his *Aëtius quinto* ſaltem ſeculo non vetuſtior eſt, ſiquidem ex *Oribaſio*, *Iuliani* Imperatoris Medico, qui ſub finem *quarti* inclaruit, multa paſſim ſe haurire teſtetur (*d*). Imo ſi *Aëtium* ipſum conſulamus, invenietur adhuc recentior; nam et Cyrillum (*e*), Archiepiſcopum *Alexandrinum*, qui

(*a*) Dioſcorid. Euporiſt. pag. 112 Edit. 1598. (*b*) Tet. 2. Serm. 4. cap. 47. et Tet. 3. Serm. 3. cap. 1. (*c*) L. 4. cap. 1. (*d*) Tet. 1. Serm. 2. cap. 197. (*e*) Tet. 3. Serm. 1. cap. 24.

Digitized by Google

qui A. C. 444. mortuus est; et *Petrum Archiatrum* (*f*), Theodorici (*g*) scilicet *Gothi*, qui circa 500. imperavit, diserte nominat. *Aëtio* aetate inferior est *Paulus*; (si Arabibus (*h*) fides, seculo ineunte *Septimo* clarus:) quippe qui quaedam ex *Alexandro Tralliano* desumit (*i*): *Alexander* autem, qui *Romae* (teste *Agathia*) circa *Iustiniani* tempora floruit, nun nulla mutuatur ex *Aëtio* (*k*). *Dioscorides* vero *Anazarbaeus* sine dubio libros de Materia Medica composuit intra *Neronis Titique* imperia; is enim τὸν Κρατίστα Licinii (vel Lecanii) Bassi (*l*) quasi tum viventis, mentionem facit: *Lecanius* autem Bassus Consulatum gessit anno *Neronis* XI. (*m*); eodemque anno, quo *Plinius* Naturalem suam Historiam *Tito Vespasiano* (sic enim cum *Cigalino* (*n*) arbitror) dicavit, e vita decessit.

Ab hac itaque parte nihil contra Vossium (*o*) dici potest, qui *Aretaeum* diu ante *Caesares* vixisse scribit, innixus argumento, quod lingua usus fuerit *Ionica*: quam quidem *Vossius* aliquot ante haec tempora seculis a nemine usurpatam fuisse affirmat. Illud tamen a *Vossio* perperam asseri probat *Menagius* (*p*) qui,

(*f*) Tet. 2. Serm. 4. Cap. 110. (*g*) du Fresne Gloss. in Voce Ἀρχίατρος (*h*) Abulpharagii Histor. (*i*) L. 3. Cap. 28. (*k*) L. 12. Cap. 8. (*l*) Praef. ad Mat. Medic. (*m*) Pigh. Annal. Rom. L. 18. (*n*) Praef. ad Plin. Nat. Hist. (*o*) de Philosophia Cap. 13. (*p*) Amoenitat. Iuris.

Digitized by Google

qui, ut alia omittam, *Arriani Indica*, *Adriano* Imperatori dicata, *Ionice* scripta esse monet. Ceterum, quod post initia *Caesarum* exstiterit *Aretaeus*, ex hoc ipsius opere luculenter evinci potest; etenim non modo *Antidoti* a Rege *Mithridate* confectae, sed etiam (uti animadvertit Vir doctissimus, Clericus (*q*) illius, quae quoniam ei immiscentur carnes Viperinae, ab *Aretaeo* ἡ δὶ Ἐχιδνῶν (*r*) et ἡ διὰ Θηρίων (*s*) a ceteris vero Graecis θηριακή vocata est, mentionem facit. Hujus autem Author fuit *Neronis* Archiater, *Andromachus*: ejusque componendi rationem versibus elegiacis, qui apud Galenum (*t*) etiamnum exstant, conscriptam ad eundem Imperatorem misit. Quin et medicamentum διὰ Βησασῶ, quod item, *Aëtio* teste (*u*), ab Andromacho excogitatum est, adhiberi praecipit *Aretaeus* (*x*). Ita minime dubium est, quin post initum a *Nerone* regnum Medica haec ille Monumenta literis mandaverit.

Neque minus certo affirmari potest, eundem *Dioscoridi* fuisse aetate aequalem, si libros de *Euporistis*, ubi occurrit *Aretaei* nomen, recte illi ascriptos esse judicemus. Hoc quidem negant nonnulli, audiamus autem, quid de hac re sentiat *Dioscoridis* Editor, *Sarracenus*. „Duos hosce libros, qui quidem omnium-

(*q*) Hist. de la Medecine Part. 2. Liv. 4. Sec. 2. ch. 3. (*r*) pag. 501 (*s*) pag. 453 & 493 (*t*) de Antidot. L. I. (*u*) Tet. 2. Serm. 4. Cap. 47. (*x*) Pag. 331.

„ um prope Morborum per Ευπόμενα remedia,
„ eaque simplicia, aut certe ex paucioribus
„ composita, complectuntur, plerique Dioscori-
„ di *Anazarbaeo* ascriptos falso fuisse suspican-
„ tur: nec immerito. Enim vero vix quisquam
„ reperietur, cui vel prima inspectione non vi-
„ deantur partim ex illius libris de materia
„ medica, partim ex aliorum quorundam Au-
„ thorum scriptis, non quidem ipsius *Dioscori-*
„ *dis*, sed alius potius cujuspiam opera col-
„ lecti, et quasi consarcinati, quippe cum hic
„ simplicibus nonnullis prorsus aliae tribuan-
„ tur appellationes, quam quae apud illum
„ extant, ac soloecismi etiam complusculi, in
„ quos vix alibi Author ille impegisse depre-
„ henditur, passim occurrant. Attamen cum
„ alioqui dicendi genus unum, idemque con-
„ stet esse, aut certe non ita ei dissimile,
„ quo Dioscorides noster Ἐν τοῖς Ὑλικοῖς usus
„ est, praetereaque saepenumero ab Aëtio
„ ad hunc eundem Authorem remedia varia
„ referantur, quae non aliunde quam ex his
„ ipsis *Parabilium* ad Andromachum libris de-
„ prompta nemo non judicet: una cum piae
„ memoriae doctissimis viris *Moibano* et *Gesne-*
„ *ro* eo facile adducor, ut credam et hosce
„ libros, aeque ac priores illos, *Dioscoridi*
„ *Anazarbaeo* attribui oportere. Neque vero
„ cum sint, fuerintque semper, unius ejus-
„ demque stirpis diversa Synonyma, quorum
„ essent aliis alia significantiora, cuiquam alie-
„ num videri debet, unum et eundem scrip-
„ torem, prout succurrit, modo hoc, modo
illud

„ illud nomen, ad arbitrium usurpasse. Quia
„ et pro diversorum temporum ratione, quibus
„ haec ipsa scribi potuerunt, apud vulgum,
„ *Quem penes arbitrium est et jus, et norma*
„ *loquendi*, diversa quoque nomina invaluisse
„ mihi fit verisimile. Quod ad soloecismos
„ attinet, minime dubium est, quin plerique
„ librariorum seu incuria seu etiam inscitia
„ obrepserint. Sed et nonnullos interdum ipsi
„ *Dioscoridi* per imprudentiam excidisse haud-
„ quaquam negaverim, quum et ad res magis
„ quam ad ipsa verba attenderet, eo esset
„ illi sermo *Graecus* insolitus, ac inusitatus,
„ uti vel ipse *Galenus* Lib. XI. simplicium a-
„ bunde testatus est. Nihilominus ut quae-
„ cunque *Dioscoridis* nomine circumferebantur
„ opera uno volumine comprehenderentur, hos
„ etiam libros prioribus adjiciendos existima-
„ vimus".

De eadem hac re quoque dubitatum est, adeo, quod nihil de hoc *Dioscoridis* opere dixerit *Galenus*. Atqui, praeterquam quod silentium nulla in re testimonii loco haberi debeat, hi *Euporiston* libri, in quibus remedia tantum paratu facilia nude ac simpliciter exponuntur, neque ita diligenter elaborati, neque adeo Medicinae usibus accommodati videntur, ut ab iis in medendi arte magnopere juvari potuerit, Vir in omnium Medicorum scriptis, et in Morborum Curatione versatissimus, *Galenus*. Etiam *Oribasius*, qui omnia sua volumina ex aliorum scriptis contexuit, *Dioscoridem*, licet ex

Digitized by Google

his ejus libris plurima depromat, tamen haud quatenus satis sit, de hac re tractasse pronuntiat (y). Quid? an non videmus *Galenum*, et Plinii, et *Erotiani*, semel (z) tantum, idque leviter, feciſſe mentionem? licet *Hiſtoriae Naturalis* ab illo collectae haud mediocris pars e Rebus *Medicis* conſtet; hic autem vocum *Hippocraticarum* interpretationem ita diligenter conſcripſerit, ut *Galenus*, idem ipſe agens permulta ſit ex eo mutuatus. Adeo liquet minime hos eum latuiſſe Authores, et tamen parum abfuiſſe, quin utrumque ſilentio praetermiſerit. Porro *Galeni* ſcripta, in quibus ſolis idoneam is inveniſſet de hoc *Dioſcoridis* Opere loquendi occaſionem, ad manus noſtras minime pervenerunt. Nam libri de *Euporiſtis*, quos inter *Galeni* ſcripta reperimus, pro *ſubdititiis* vulgo habentur. Id profecto non injuria, cum, quae de hac re compoſuit *Galenus*, ea ſuo tempore non ſuperfuiſſe tradat *Oribaſius* (a), qui *Collectiones Iuliano* dicatas de omni Re Medica ex optimorum Authorum ſcriptis in unum redegit, ita ut nihil omiſerit eorum, quae *Galenus* dixerit (b). Certe *Oribaſius*, qui *Dioſcoridis Euporiſta* diſerte nominat, his ipſis, de quibus agimus, libris uſus eſt: cum ex iis, uti cuivis utrumque Authorem conferenti ſtatim patebit, magnam partem

tertii

(y) Praef. ad Euporiſt. (z) Fabric. Biblioth. Tom. 4. in Indice ſcriptorum a Galeno allegatorum. (a) Praef. ad Euporiſt. (b) Praef. ad Med. Collect.

Digitized by Google

tertii quartique ad Eunapium libri plane exscripserit. Neque alios ab his vidit, *Oribasii* aetate non ita multo inferior, *Aëtius*: quoniam ex *Dioscoridis Euporistis* aliqua se haurire (c) profitetur, quae et in his quoque expressa (d) invenimus. Itaque sicui minus placuerit hos *Dioscoridi* libros attribuere, (qui cur ei tribui non debeant, haud quaquam percipio,) quisquis tamen eorum fuerit Author, hunc, adeoque *Arezaeum*, *Oribasio* vetustiorem esse omnino statuendum est. Ceterum ut ante *Oribasii* aetatem libri isti, nisi ad *Dioscoridem* revera pertinuissent, adscripto ejus nomine venditarentur (praeterquam quod id ita eveniisse nulla a Vetere quoquam injecta sit suspicio) videtur factu fuisse difficillimum. Etenim haud unquam Medicae magis viguere literae, quam in seculis *Dioscoridi* *Oribasioque* interjectis: ubi constat, ex magna illa insignium Medicorum copia, quos haec tempora profudere, quorumque nomina, et etiam scripta quaedam adhuc in *Galeno*, *Oribasio*, et *Aëtio* reperiuntur.

Fuerunt quidem, praeter *Dioscoridem Anazarbaeum*, alii *duo*, qui de Rebus ad Medicinam pertinentibus scripserunt, eodem nomine appellati. Horum alter, cognomento *Phacas*, *Antonii* et *Cleopatrae* familiaritate clarus (e) alterum, quem et *Alexandrinum* et *Iuniorem* vo-

(c) Tet. 2. Serm. 4. Cap. 2. (d) Dioscor. Eup. pag. 12.
(e) Suidas in Lexic.

Digitized by Google

vocat, paulo ante sua tempora vixisse tradit Galenus (*f*). Is autem, qui *Euporista* composuit, haec *Andromacho* inscribit: cujus nominis duo itidem exstiterunt, *Neronis* Archiater, et Archiatri filius. Horum ne *Senioris* quidem ad aetatem *Phacas* iste pervenire potuit; *Andromachi*, saltem *Iunioris*, temporibus (neque enim certi quid de alterutrius *Andromachorum* morte novimus) florere poterat *Iunior* ille *Dioscorides*. Sed cum *Aëtius Paulusque*, sive quid ex libris de *Materia Medica*, sive ex *Euporistis* desumant, nihil adjiciant, nisi se id ex *Dioscoride* hausisse: neque simul indicent, utro ex opere, aut quo ex *Dioscoride* idem depromant, (quia in Medicamentorum explicatione *Anazarbaeum* operam navasse erat omnibus notissimum) ambos hos eundem *Dioscoridem* pro utriusque Operis Authore habuisse censendum est. Quod si *Euporista Anazarbaeo* demum adjudicemus, haec ab illo, *Archiatro* potius, quam ejus filio, inscripta fuisse probabile est. Nam *Erotianus* in vocum *Hippocraticarum* Collectione, quam *Andromacho* dicat Archiatro, quaedam ex Dioscoridis Libris de Materia Medica profert, qui, cum ab omnibus magnopere celebrentur, et *Euporistis* longe sint accuratius perfectiusque compositi, aliquo etiam post ea tempore conscripti fuisse videntur. Itaque si haec vera esse credamus, quae certe sunt maxime verisimilia, *Aretaeum*, non modo post susceptum

a

(f) Praef. in Exegesin.

a *Nerone* Principatum, (de quo dubitandi non eſt locus) ſed et ante exactum Titi imperium, vixiſſe ſtatuendum eſt. Sin quis adhuc fieri poſſe affirmet, ut haec de *Euporiſtis* filio *Andromachi* fuerint dicata, vel etiam a *Dioſcoride* illo *Iuniore* compoſita, ne tum quidem quicquam, niſi hoc evinceret: ſcilicet id tantum ex hoc ſcriptore certo colligi poſſe, quod ſaltem vel *Trajani* vel *Adriani* temporibus haud inferior fuerit *Aretaeus*.

Sed et ad opinionem noſtram confirmandam id etiam facit, quod non niſi intra determinatum illud, a *Neronis* ad *Adriani* uſque imperium, annorum intervallum, *Aretaei* ſatis commode collocari poſſit aetas. Neque enim diutius Secta viguit *Pneumatica*, quorum Opinionibus hunc ſeſe addixiſſe mox docebimus. Nam ex his, Medicorum ſuae aetatis Princeps, *Trajano* et etiam *Adriano* rerum potiente (uti ex Iuvenale (*g*) conſtat) inclaruit *Archigenes*, cujus praeceptor fuit *Agathinus*, *Agathini* vero, Sectae iſtius Author, *Atheneaus*. Quare omnino neceſſe eſt, ut non procul a *Neronis* imperio ſecta haec initium acceperit. Praeter eos, de quibus fumus jam locuti, nonniſi alii tres a *Galeno* memorantur *Pneumatici*, *Heroditus*, *Magnus*, et *Leonides*, quorum *Herodotus Agathino* etiam Magiſtro uſus, (*h*) Romae magna

b cum

(*g*) Sat. 6. v. 236: quam Satyram his temporibus ſcripſit.
(*h*) Galen.

cum laude artem suam exercuit. Ante hunc, uti ex *Coelio Aureliano* discimus, scriptis suis innotuit *Magnus* (i): *Leonides* autem *Archigeni* saltem aequalis fuit, quippe cujus mentionem faciat idem *Coelius* (k), qui Sorani Scripta se in *latinum* sermonem convertisse agnoscit (l): *Soranus* autem iste, *Trajano*, *Adrianoque* imperantibus (m), Medicinam excoluit. Contra sectam hanc, tanquam jam demortuam, et in virorum illorum libris duntaxat superstitem disputat *Antonini* Imperatoris Medicus, *Galenus*. Itaque non alio tempore *Aretaeum* exstitisse credibile est, quam eo, intra quod aliqui saltem ejusdem sectae viguere Medici.

At hic scrupulus cuidam injici potest, *Galenum* scilicet, qui innumera Medicorum nomina et opiniones scriptis suis ubique immiscuit, si *Aretaeum* subsequutus esset, non fuisse commissurum, quin aliquam ejus alicubi fecisset mentionem. Profecto fatendum est, hujusmodi argumento multo facilius quemvis eo adduci posse, ut *Aretaeum Galeno* fuisse juniorem, quam ut *Euporista* illa ad *Dioscoridem* non pertinere existimet. Neque enim omnino verisimile est, ut *Galenus Hippocraticae*, si quis alius, Artis Eloquentiaeque admirator, si in *Aretaei* scripta unquam incidisset, hunc Medi-

(i) Ac. Morb. L. 2. cap. 10. (k) Ac. Morb. L. 2. Cap. 1. (l) Ibid. (m) Suidas.

dicinae Parenti ita similem, ac pene aemulum, memoratu dignum non judicasset. Neque vero, cum idem hic multa de morborum tam causis, quam remediis doceat minime vulgaria, ejus scripta sine aliqua vel honoris, vel reprehensionis nota, praetermisisset *Galenus*; praesertim cum *Pneumaticorum* ceteros frequenter collaudet, frequenter etiam coarguat. Causam vero, cur a *Galeno* Author noster parum esse cognitus posset, invenio perquam probabilem. *Archigenis* (circa cujus aetatem vixisse *Aretaeum* et quocum sectam habuisse communem docuimus) fragmenta, sparsim apud *Aëtium* restantia, *Aretaei* scriptis ita omnino similia sunt, ut non modo curandi rationem, quae et ipsa saepe singularis et duobus hisce Authoribus quasi propria est, sed et easdem descriptiones, observationesque, iisdem sententiis, iisdem fere verbis expressas, apud utrumque frequentissime legamus. Quare minime mirum videri debet, si *Archigenes*, qui eadem, quae in *Aretaei* scriptis leguntur, libris suis comprehendit, quique in urbe *Roma*, terrarum orbis Imperatrice, Medicinam exercuit, hujus famam nominis sui celebritate praestinxerit. Quid quod verbis *Hippocraticis* quidem, sed obsoletis, saepissime utatur *Aretaeus*; et, cum his temporibus fusum illud et *Asiaticum* dicendi genus invalesceret, in desuetudinem jam abierant, quae *Hippocratem* secutus elegantèr hic usurpat tum *dialectus Jonica*, tum subtilis quaedam ac venusta orationis brevitas. Contra *Archigenes* li-

 cet

cet in eo eadem sit alioqui forma, et quasi color sermonis, minime tamen (quod ex illius scriptis apud *Galenum* restantibus patet) aut verbis, quae *Ionibus* propria sunt, utitur, aut communes, eorundem more, voculas unquam immutat: sed *Atticam*, id est, vulgarem, sequitur loquendi normam. Atqui *Aretaei* quidem libros, si ad ipsius manus unquam perveniissent, magni aestimasset *Galenus*, qui, in *Hippocratis* scriptis ipse versatissimus, ea jam tum vel a *Graecis* minus intellecta amplis doctisque illustravit Commentariis; iidem vero *Aretaei* libri a ceteris Medicis, utpote qui eadem, magis populari sermone, docentem in manibus haberent *Archigenem*, negligi prorsus poterant, ideoque ne *Galeno* quidem ipsi innotescere.

Ceterum, quod ad hos duos *Pneumaticos* attinet, nullo modo dubitari potest, quin alter alterius vestigiis nimis presse institerit. Facilius tamen adducor, ut credam *Archigenem* ex *Aretaeo*, quam hunc sua ex illo sumpsisse. Quippe *Aretaeum Archigene*, uti jam monuimus, magis verisimile est aetate aliquanto priorem quam eo vel posteriorem, vel etiam ei aequalem fuisse. Porro *Archigenes*, Syria licet oriundus, *Romae* in luce atque conspectu omnium, artem suam profitebatur; et ejusdem libri in manibus atque ore hominum versabantur, non modo *Galeni*, sed et eorum, qui *Aretaei* meminerunt, *Actii* scilicet *Paulique* temporibus.

Cappadox noſter ubinam locorum vitam egerit, incertum; procul dubio tamen in aliqua regione haec literis conſignavit, cui liberum cum *Roma* intercedebat commercium: quippe qui vina aegrotantibus *Italica* dari praecipiat, Fundanum, Falernum, Signinum (*n*); quod cum ita fuerit, quanam ſpe, quonam conſilio notiſſimi illius Authoris lucubrationes pro ſuis venditare potuit *Aretaeus*? praeſertim cum nihil fere in rebus, nihil in rerum explicatione immutarit, niſi quod ſententias omnino ſimiles nitida quidem et eleganti, ſed antiqua et inſueta orationis forma veſtierit. Certe de rebus tantum, ab ipſo viſis atque cognitis ſe ſe loqui profitetur: opinionem ſuam de rebus dubiis ubique profert (o); de reliquis duabus Medicinae partibus, *Chirurgia* (*p*) ſcilicet et *Pharmacia* (*q*) ſeſe ſcripſiſſe teſtatur; et Medicamentum a ſe inventum praedicat (*r*): propriaque Experientia (*ſ*) praecepta ſua confirmat ſingularis idem medendi artifex et magiſter. An non longe facilius hominis obſcuri ſcripta, qui tamen cum eo ſectam haberet communem, et cujus neque patria ab illius gente, neque aetas ab illius aevo multum erat remota, *Romae* nondum inclaruiſſe comperiens, ſibi aſcribere potuit *Archigenes*?

(n) Pag. 381 (o) Pag. 193 (p) Pag. 430 (q) Pag. 497 (r) Pag. 49 (s) pag. 142. et 303.

Digitized by Google

Huic rei profecto simile quiddam admisit *Aëtius*, qui *Aretaei* quidem in duorum affectuum tractatione mentionem fecit, multo tamen plura ex eodem, suppresso ejus nomine, passim traduxit: cum iste ceteroqui tam in descriptionibus, quam in Curationibus morborum, vix quicquam, nisi alicujus authoritate, praecipiat. Praeter *Aëtium* non nisi panci admodum sunt *Graeci* Medici, *Galeno* juniores, quorum scripta ad haec tempora pervenerunt, *Oribasius*, *Alexander*, *Paulus*, *Actuarius*, *Theophilus*, &c. Hos *Aretaeo* recentiores esse satis manifestum est. Ex his *Paulus* duntaxat *Aretaeum* nominat: atqui nec ipse *Paulus*, nec reliquorum aliquis quicquam ex eo, quantum ex horum lectione comperio, hauserunt. Hoc quidem eo magis mirum est, quod, cum libros suos ex aliorum scriptis maximam partem confecerint, vix Medicamentum quodvis praecipiant, cujus usum ii non Inventoris nomine insigniant, nec ullam curandi rationem imperent, quam non alicujus authoritate commendent.

Ita vel inter *Graecos Aretaei* nomen parum inclaruisse percipimus. Immo neque, postquam in *Occidentalibus* his plagis graecae excoli coeperunt Literae, ita multos ejus scripta lectitasse animadvertimus; ex quibus etiam doctissimos, uti *Henricum*, *Stephanum*, *Mercurialem*, et *Foësium*, Criticae haec magis, quam Medicae scientiae gratia, evolvisse manifestum est. Quare utcunque Author hic post initia qui-

Digitized by Google

quidem *Neronis*, nondum coepto tamen (uti videtur) *Domitiani* imperio, Medicinam ſcriptis jam illuſtraſſet, hunc tamen a *Galeno* haud memorari res neutiquam mira eſt; cum ab omnibus retro ſeculis uſque ad hunc diem ea ſemper fuerit illius fortuna, ut non niſi paucis admodum innoteſceret.

DE
ARETAEI SECTA

De *Aretaei* ſecta altum eſt apud Authores ſilentium: primus et unicus, quod ſciam, ex ipſius Aretaei ſcriptis probat, vir multae reconditaeque eruditionis, Cl. Clericus (*t*) eam fuiſſe, quam vocant *Pneumaticam*. Hujus autem diſciplinae princeps fuit Athenaeus, patria *Cilix*, *Attaliae* natus, unde *Coelio* dictus *Tharſenſis* (*u*) cum *Plinio* fere aetate conjunctus. De cujus quidem in rebus medicis philoſophandi ratione haec ex *Galeno* accipimus (*x*) „ſecun-

(*t*) Hiſtoire de la Medecine Part. 2. Liv. 4. Sec. 2. ch. 3.
(*u*) Acut. Morb. L. 2. cap. 1. (*x*) de Sectis.

Digitized by Google

„ cundum *Athenaei* ſententiam, Elementa non
„ ſunt quatuor illa prima corpora, ſc. Ignis,
„ Aer, Aqua, Terra, ſed eorum qualitates,
„ *Calidum*, *frigidum*, *humidum* et *ſiccum*, ex quir
„ bus duo cauſarum *efficientium* munere fungi
„ puta calidum et frigidum; duo *materialium*,
„ ſiccum et humidum ſupponit. *Quintum* vero
„ ex *Stoicorum* opinione introducit, *Spiritum*
„ cuncta penetrantem, a quo omnia contine-
„ antur et gubernentur. — Et paulo poſt — *A-*
thenaeus vero et *Archigenes* *ſpiritus* ſolo eu
„ penetrante, tum naturalia conſitere, tum
„ morbos univerſos hoc prius offenſo creari
„ dixerunt. Unde et *Pneumatici*, veluti qui
„ omnia *ſpiritibus* attribuant, nuncupantur.

Sed quanquam nemo eorum, qui paulo ante floruerant, Medicorum, *Galeno* teſte (y) ita accurate ut *Athenaeus* univerſam rei Medi-cae rationem literis mandaverit, ejus tamen opera, quae fuerant plurima, penitus interci-derunt, praeter reliquias quasdam, easque perpaucas, quas ſparſim hodie apud *Oribaſium* invenimus. Sed neque in his litera ulla occur-rit, quae vel illius opinionem uberius exponat, vel doceat, quidnam per ſpiritum iſtum deſig-nare voluerit, quonam modo *pati* aut *offendi* iſtum putaverit, aut qua ratione denique, *ſpi-ritus* iſtius vis ad morbos vel creandos, vel tollendos pertinere cenſenda ſit. Nam quod de

(y) Element. 15.

Digitized by Google

de *pulſu* ſcribit *Athenaeus*, quod ſcilicet ſit „motus (z) per diſtentionem naturalem et in„voluntariam *ſpiritus*, qui in Arteriis eſt, et „in corde, quique ex ſeipſo, et in ſe ipſum „movetur, unaque cor moveat et Arterias" id perperam Cl. *Clericus* vel intelligere vel interpretari videtur, nam in hoc ipſo *Galeni* loco, non *ſpiritus* legitur, ſed *Calidi*. Atqui ſpiritum a *Calido* quid eſſe diſtinctum volunt *Pneumatici*.

Idem dicendum eſt de *Agathino*, *Magno*, *Herodoto*, atque *Archigene*, qui *Athenaeo* et Secta, et aetate, ſucceſſerunt: quorum etſi ſatis multa *Galeni*, etiam et *Oribaſii* temporibus exſtiterint, perpauca tamen, eaque momenti ſane exigui, ad manus noſtras pervenerunt. Ita ut ſi quid de hac medicorum Secta ſcire volumus, id nuſpiam niſi ab *Aretaeo* ex hac itidem diſciplina profecto, petendum ſit.

Spiritum igitur *Aretaeus* a Corde per pulmones trahi dicit (a), eumque tertium quoddam, et ab (b) *humoribus*, et a *ſolidis* partibus, diverſum ponit, quorum omnium convenienti ordine, et modo vitam hominis adminiſtrat *Natura*: in hoc *Hippocratem* haud dubie ſecutus, qui corpus dividit (c) in *ſolidas* partes, *Humores*

(z) Galen. de puls. diff. 4. 14. (a) Pag. 57.
(b) Pag. 59. (c) Epidem. L. 6. Sect. 8.

Digitized by Google

res et ea quae *impetum faciant*. *Spiritus* adeo hic, cum vim obtineat maximam, quasi principium motus est habitus, idemque in humana fabrica praestat, quod in mundi membris *Virgilianus* iste,

— — intus alit; totosque infusa per artus,

Mens agitat molem, et magno se corpore miscet (*d*)

Quae quidem Philosophia e *Stoicorum* scholis manavit, qui animam mundi ubique diffusam esse docuerunt, ita ut omnia, *Ciceronis* interprete (*e*) uno divino et continuato *spiritu* continerentur. Unde *Galenus Chrysippum*, *Stoicorum* principem, *Pneumaticae* etiam Sectae *patrem* appellat.

Itaque *spiritus* hic, si rectam agendi normam sine ullo impedimento sequatur, universam machinam animat, alit, conservat: eodem penitus compresso (*f*) homo non diu permanet sed repente moritur. Sin aliquo vitio laboret *spiritus*, aut vi aliqua labefactetur, quod idem est, ac cum eum *pati* et *offendi* dicunt *Pneumatici*, varia morborum genera oriuntur, pro causarum varietate diversa.

Spi-

(*d*) Aen. L. 6. v. 726. (*e*) Natur. Deor. 4. 7.
(*f*) pag. 37.

Digitized by Google

Spiritum quippe multifariam affici posse docet *Aretaeus*. Si enim in casu *Epileptico* (*g*) intra pectus ferveat, et inclusus omnia commoveat, facit, ut ad respirationis exitus, os scilicet atque nares, humorum inundatio prorumpat. Si intus nascitur, frigidus ac inera, qui nec per superiora, nec inferiora facile transmitti potest (*h*) sed per intestinorum sinus convolutus inhaeret, *Ileon* parit. Refrigeratum et humiditate oppressum, consequitur Asthma (*i*) cui igitur mulieres magis patent, quam Viri, quia humidae, frigidaeque sunt: eodem in morbo, ex inflatione *spiritus* collum intumescit. Spissus, humidus, nebulosus *spiritus Lienis scirrhum* (*k*); subtilis et resolutus, tenuis et siccus, *Phrenitin* (*l*) congelatus *Apoplexiam* (*m*) creat. Idem in *Tympania* licet locum non mutet, sed maneat undique aequalis (*n*) tamen si in nebulam quandam et aquam immutetur, tum etiam locum mutat, et *Ascites* adesse haud obscure pronuntiat. Quod si in imbecillo corpore parum firmus sit, cum orbe quovis facile convolvitur, quare si quidvis in circulo rotatum aut circumvolutum turbinem inspiciat *Vertigini* (*o*) obnoxius, metus est, ne *spiritu* etiam circumvoluto in morbum recidat. Est, ubi torpentem spiritum (*p*) excitari; est, ubi cucurbitularum ope ex oppressis pulmonibus (*q*) fo-

(*g*) Pag. 6. (*h*) Pag. 66. (*i*) Pag. 151. (*k*) 165. (*l*) Pag. 283. & 291. (*m*) Pag. 314. (*n*) Pag. 187. (*o*) Pag. 455. (*p*) Pag. 291. (*q*) 375.

Digitized by Google

foras protrahi jubet *Aretaeus*. Sed suam de *spiritu* sententiam nullibi ita clare aperit, ac cum *Anginae Synanches* dictae naturam explicat. "Mihi autem, inquit (r) videtur ipsius „tantum *spiritus* id esse vitium, qui prava quadam mutatione in calidissimum siccissimumque „convertitur, sine ulla membri cujusvis inflammatione. Neque sane id ita fieri valde mirum videri debet; siquidem, in Charoneis „specubus, homines non affectu quopiam corporis acutissime strangulantur, sed vel unico „spiritus haustu interimuntur, priusquam corpus ullo modo sit affectum; quin etiam, sine morsu quovis, sed a lingua canis recepto tantum *spiritu*, in rabiem homo agitur. „Eadem itaque *spiritus* mutatio intra hominem „fieri potest; quoniam in homine aliae res „innumerae cum exterioribus causis similitudinem habent. Succi sunt, qui extra atque „intra corpus mortem inferunt; morbi venenis „similes sunt, et ab epoto medicamento eadem, „quae in febribus, evomuntur. Quam ob causam factum esse verisimile est, ut in *Pestilentia*, quae *Athenas* afflixit, nonnulli *Peloponnesios venena* in puteos, qui in *Perneo* erant, „conjecisse censerent; etenim pestilenti morbo „magnam esse cum *venenis* affinitatem homines „non intelligebant.

Haec fere de *spiritu, quinto*, Sectae *Pneumaticae* principio, habet *Aretaeus*; an recte, an

(r) Pag. 15.

an secus senserit, judicent alii: quod vero ad reliqua *quatuor*, calidum scilicet atque frigidum, siccum ac humidum spectat, ea in singulis fere paginis ad explicandas, tum morborum causas, tum curandi rationes, adhibet.

Hunc in quampluribus cum *Methodicis* convenire, mihi utique non liquet; eumque, qui illius Scripta paulo diligentius expenderit, ad hanc opinor sententiam accessurum. Sane a *Methodicorum* charactere nihil fere eo remotius, qui quidem nec *locum affectum*, nec *causam*, nec *aetatem*, nec *tempestatem* nec *regionem*, nec *aegri vim* aut *naturam* aut *habitum* curant, a solo *affectu* indicationem sumere satis habentes, deque eo non speciatim sed communiter et universe statuunt, i. e. Κοινότητας quasdam, quae particularia comprehendant, sequuntur: hasque, dicunt esse duas, praeter aliam mixtam, quibus nomina στέγνωσις et ῥύσις omnemque morbum vel στεγνὸν vel ῥοώδες, *viz* astrictum, vel fluentem, vel ex utroque compositum. Indicia vero Curationis esse, in astrictis relaxationem, in fluentibus astrictionem, in mixto, ei quod urget resistendum. (*s*)

Ad hunc modum perspicue, et luculenter *sectae Methodicae* de Re Medica opinionem aperit *Galenus*. Quid autem huic simile effert

(*s*) Gal. de Sectis. 291.

Digitized by Google

fert *Aretaeus*? qui de hoc *astrictionis fluorisque* commento ne verbum quidem prodidit: qui cum de morbis tractaret, id sibi tanquam perpetuam scribendi regulam praescripsit, ut eorum *Causas* praecipue sedesque erueret, signorum varietatem et implicationes omni qua posset subtilitate explicaret: quique cetera ita minute et exquisite persecutus est, ut quod ad Aeris constitutionem, ad Coeli oras, ad Naturae vires, ad corporis temperiem, ad Aetatum denique rationes spectaret, ne minimum quidem praetermiserit? Exemplum liceat proferre. In *Phthisi* (t) describenda, quo judicio, qua accuratione, formam morbi et lineamenta adumbrat? ita ad naturam exprimitur facies ista *Hippocratica*, ut etiam in conspectu nostro quasi spectrum aliquod versari videatur. Multa ibi de mali ipsius vario genere, multa de Symptomatum Gradibus, nonnulla de praesagii notis disserit; quae demum aetas, qui habitus, quae regio huic labi suscipiendae maxime idonea sit, haud vulgari acumine recenset. Horum fere singula apud *Methodicos*, ut unum pro omnibus adducam *Coelium Aurelianum* (u), frustra quaesiveris. Ita parum cum *Methodicis* congruere videmus *Aretaeum*. Quod si in curandi ratione cum iis saepe conveniat, idem de ceteris quibuscunque *sectis* statuendum: nam quod ad *Remediorum* delectum attinet, etiam *Dogmatici* atque *Em-*

(t) Pag. 136. et seq. (u) Morb. chronic Lib. 2 cap. 14.

Digitized by Google

Empirici, quorum, de morborum rationibus opiniones diſſitiſſimae ſunt, ne dicam contrariae, haud valde inter ſe diſſentiunt.

Sed de *ſecta Aretaei* ſatis, ad alia properandum eſt. Hoc unicum ſubjicere liceat, nihil eſſe hoc ſcriptore ad naturae veritatem efformatius, nihil diſtinctius, nihil, enucleatius, nihil pictius: cujus ſane ingenium, ut *Phidiae* ſignum, nequit ſimul non et aſpici et probari. Iis quippe coloribus, tanquam exquiſitus artifex, morborum imagines effingit, ut eos inter legendum oculis uſurpare videamur.

Varia *Maniacorum* (*x*) ſpecimina, eaque fere ab aliis intacta, tanquam in Tabula, depicta, contemplari libeat: ut, „quibuscunque „cum hilaritate *Iuſania* eſt, noctes diesque ri„deant, ludant, ſaltent, ut in libidinem pa„lam ferantur: et tanquam ex certamine ali„quo victoriam adepti, cum coronis incedant: „Species haec aſtantibus innoxia eſt. Alii ve„ro, qui cum iracundia furunt, etiam veſtes „ſuas aliquando diſcindunt, et miniſtros ob„truncant et ſibimet ipſis mortem conſciſcunt, „et haec quidem ſpecies non ſine periculo eſt „etiam eorum, qui interſunt. Species autem ſunt in„numerae. Qui ingenioſi, et eruditi ſunt, *Aſtronomi*„*am* ſine praeceptore, *Philoſophiam* per ſe ipſos cal„lent

(*x*) Pag. 119.

In quo quidem *Eraſiſtrati* atque *Herophili* veſtigiis inſtitiſſe videtur, qui *ſectae Dogmaticae* Principes habiti, neminem, niſi in hac arte verſatum, Medici munere, uti decebat, fungi poſſe voluerunt. Itaque, ſcriptor utcunque brevis atque conciſus, hunc locum fuſius atque diſtinctius, quam ii, qui inter Veteres de Morbis tractarunt, explicuit *Aretaeus*. Quam vero ille Rerum *Anatomicarum* notitiam habuerit, ipſius *Aretaei* interpres fidus, paucis perſequar.

Cor igitur, ex illius ſententia, vitae atque roboris principium (*a*) eſt, in eo anima, et natura (*b*) ejus locatur. Quod et *Hippocrates*, et *Chryſippus Stoicus* docuit. Quare *Syncope* (*c*) cum *Cordis* vitaeque morbus ſit, humanae conſtitutioni plane adverſaria eſt, et vinculorum quaedam diſſolutio eſt, quibus facultas continetur vitalis. *Cor* (*d*) vero, viſcus calidum, in medio *Pulmonum* jacet, quod reſpirationis vitaeque principium eſt, illud etiam frigidi aeris attrahendi deſiderium *Pulmoni* injicit, ſiquidem eum incendit: *Cor* autem eſt id, quod attrahit.

Pulmo (*e*) autem naturaliter doloris eſt expers, quoniam illius ſubſtantiae raritas quaedam ineſt, *lanae* affimilis; *Arteriae* vero per eum diſſeminantur, aſperae, cartilagineſae, eae-

a) Pag. 56. 57. (b) Pag. 58. (c) Pag. 56. (d) Pag. 57. (e) Pag. 58.

Digitized by Google

eaeque etiam doloris immunes: musculos nusquam, nervos tantum exiguos habet et tenues, qui motui ipsius inserviunt. Et haec vera causa est, cur in *Peripneumonia*, quae *Pulmonis inflammatio est*, dolorem *Pulmo* non percipiat, sed adsit pectoris quaedam gravitas, quae tamen dolore vacet. *Membranae* (*f*) vero omnes, per quas *Pulmo Pectori* annectitur, sensu acutissimo praeditae sunt: quae si cum eo inflammentur, accedit etiam dolor: veluti cum *Pleuritis* Comitem habeat *Peripneumoniam*.

Eadem etiam ratio est in *sanguinis Rejectione*, quod in eo tantum casu (*g*), ubi sanguis ex *Pulmone* fertur, qui affectus omnium est gravissimus, aegri, etiam cum ad ultima ventum est, de se non desperent, quia scilicet *Pulmo* dolorem non sentiat. Nam, vel in exiguo dolore laborantes mortem horrescunt, et plerique magis exterrentur quam laeduntur: contra, cum in maximis affectibus dolor abest, nullus etiam mortis subest timor, et id mali magis perniciosum est, quam terrificum.

Arteriarum pulsus sanguinem propellunt; quare si vulnerentur eae, ob frequentem earum motum orae vulneris non facile committuntur (*h*). *Arteria crassa* (*i*), quae secundum dorsi spinam juxta Venam cavam protenditur, *Aorta*

(*f*) Pag. 39. (*g*) Pag. 55. (*h*) Pag. 49. (*i*) Pag. 403.

Digitized by Google

scilicet (ab *Aretaeo* post *Praxagoram* (*k*) Ἀρτηρία Παχεῖα dicta) una cum *Vena cava inflammationem* patitur: quae quidem *Inflammatio* a Veteribus *Causi* species vocata est. In ea enim notae similes iis, qui in *causo* oriuntur; febris etiam, sicut in *causis*, ad *syncopen* tendit, etenim *Venae* radix est, *Jecur*, *Arteriae* vero principium *Cor*. Haud abs re igitur existimes superiores horum viscerum partes praecipue laborare; Cor enim *Arteriae* calorem impertit, *Venae* autem jecur sanguinem: et cum utraque magna sit, magnae item sunt, quae his innascuntur *Inflammationes*. Eadem vero (*l*) *Arteriis* in *Venae cavae Inflammationibus*, juxta spinam, palpitat: quod a pulsu in altera praecordiorum parte significatur. Nam *Arteria*, juxta *Venam* ad sinistrum latus posita, cum illa consentit, utpote quae in omne corpus diffundatur. De hoc *Arteriae Venaeque* hujus affectu vix ulla apud Antiquos, quorum scripta in manibus nostris versantur, reperiri potest mentio. Quicunque autem de eo tractaverint, *Praxagorae* opinionem in hac re secuti sunt, qui, uti e *Ruffo Ephesio* discimus, in ea Vena, quae a *Jecore* in *Renes* mittit propagines, *initium* esse *febrium* affirmavit: solamque eam Κοίλην, ipse nominavit: quanquam alii illam itidem, quae sursum in Cor per septum transversum evadit, ita (*m*) appellaverint. Ita quoque

(*k*) Ruffus Ephesius de Appellat. Corp. human. Lib. 1. cap. 34 (*l*) Pag. 79. (*m*) Lib. 1. cap 33.

Digitized by Google

que eandem vocat, ambasque has ejusdem *Venae* continuationem esse docet *Aretaeus*.

Venae a *Jecore*, tanquam radice, oriuntur, ab eoque sanguinem accipiunt. A *Portis Jecoris* (n) inter ejus extrema, *Vena* lata procedit, quae, in tenues ac plures usque divisa, in totum denique Jecur per venas adeo minutas distribuitur, ut ea visum effugiant. Harum summis osculis aliarum venarum extremitates committuntur, quae ex tenuibus pluribusque majores pauciorsque fiunt, et in medio tandem *Jecore* in *Venam* unicam atque grandem coalescunt. Inde per divisionem duae factae ultra *Jecur* pertinent. Harum altera, primam *Jecoris* fibram sursum penetrans, in gibba ejus parte iterum emergit: et postea, *septo transverso* perforato, intra pectus protensa, nulli rei adhaerescens, sed ibidem suspensa, *Cordi* inseritur, *Vena cava* haec vocatur. Altera, quinta et inferiore *Jecoris* fibra usque ad gibbam ejus partem trajecta, juxta spinam exit, eique, usque ad Coxas praetenditur; haec etiam *Vena cava* est: idem enim nomen obtinet, quoniam una atque eadem *Vena* est, initium sumens a *Jecore*. Nam si quis velit, lamellam possit, a superiore *Vena cava*, quae ad *Cor* pertingit, in eam, quae juxta *spinam* serpit, rursusque a spina per *Jecur* intra *Cor*, transmittere: eadem enim via est.

(n) Pag. 76.

Digitized by Google

In *vena* hac, praeter *Inflammationem* supra memoratam, oriuntur affectus, quae vocantur Κέδματα (o): in quo casu *Sanguinis*, ex istius ruptione, *profusio* citissime interimit.

In *Cavam* autem (p) in *Cubito venam* ex omnibus praecipuis visceribus est sanguinis Via: haec autem quaeque hac superior *Vena* est, unius *Venae* in brachio sunt propagines, quo fit, ut nihilo magis juvet, superiorem, quam hanc, incidere: nam propaginum ignari sunt, quotquot superiorem *Stomacho* et *Jocinori* annectunt. At si a *Liene* fiat sanguinis profusio, sinistrae manus *Venam* illam, quae inter minimum digitum atque annularem jacet, Medicorum nonnulli incidere jubent, quoniam ad *lienem* usque pertinere arbitrantur: sed ipsa etiam inferioris *Venae cubiti* propago est: cur itaque hanc prope digitos potius, et non in *Cubito* quis inciderit? Etenim in *cubito* major est, et sanguinem facilius effluere permittit.

Opus *procreandi* (q) *sanguinis* ad *Jecur*, quod est *Venarum radicatio*, pertinet; unde et illius maxima pars *sanguinis* quaedam *concretio* est. Etenim, ut alimento in *Jecur* (r) semper patet introitus, nec alia via est, per quam cibus in omne corpus a *Ventriculo* et *Intestinis* diducatur, ita et ex hoc viscere in universum corpus sanguinis emanatio est, quae et *Era-*

si-

(o) Pag. 78. (p) Pag. 362. (q) Pag. 73. (r) Pag. 398

Digitized by Google

ſtrati fuit ſententia. *Portae Jecoris* ex membranis, nervisque, tenuibus quidem illis, maximi tamen ad vitam momenti, atque ex venis grandibus contexuntur. Itaque exiguae Inflammationes ſaepiſſime ibidem oriuntur. Praeterea, ut *Philoſophi* quidam prodiderunt, huic loco *Animae appetitus* inſidet. *Bilis* (*s*) autem in *Jecore* creatur, quae per *Veſicam* in hoc viſcere ſitam ſecernitur, et per vias quasdam in inteſtina defertur. Quae viae ſi vel *Inflammatione* vel *Stirrho* obſtruantur, et iſta exundet *Veſica*, bilis retro fluit; itaque ſanguini commiſcetur, qui per omne corpus dimanans, *bilem* quoque in omnia membra ſecum trahit; inde in *Ictero* corporis ſpecies *bile* tingitur. Stercus autem album eſt, argillaeque ſimile, neque *bilis* colore tinctum, quoniam humoris iſtius affluxu caret: unde alvus etiam ſicca eſt, quia *bile* neque madeſcit, neque ſtimulatur.

(*t*) *Lienis* Alimentum nigrum eſt, isque ſanguinem atrum quaſi deterget, et elaborat. *Lien* eſt viſcus rarum, (*u*) et naturae diſſolubilis: (*x*) itaque vitiis, *Vomicae* puta aut *Abſceſſui* facile obnoxius. (*y*) *Stomachus* voluptatis ac moleſtiae dux eſt, et eo, quod Cordi facultatum omnium principio, ſit vicinus (ſiquidem cordis pulmonumque medio (*z*) annectitur, et una cum illis ſpinae adhaereſcit,) ad ro-

 bur

(*s*) Pag. 168. (*t*) Pag. 169. (*u*) Pag. 164. (*x*) Pag. 165. (*y*) Pag. 215 (*z*) Pag. 218.

Digitized by Google

bur animique ſive firmitatem, ſive demiſſionem per conſenſum cum anima multum valet. Haec *Stomachi* praecipua eſt facultas. Ex voluptate naſcitur bona concoctio, carnoſus corporis habitus colorque vividus; ex moleſtia, his contraria, et interdum animi dejectio, *Stomacho* alimenti indigente. *Stomachi* vero affectus proprii ſunt (*a*) *Nauſea*, *Vomitus*, *Cibi faſtidium*, *ſingultus*, *Eructatio*, et ea nonnunquam acida. Licet vero *ſtomachi* conſtitutio (*b*) in *ſtomachicis* plerumque ſiti vacet, in eo tamen *ſitis* (*c*) origo et fons eſt.

Colon etiam, pariter ac *Ventriculus* (*d*) *Concoctioni* inſervit, (*e*) ab eoque ad *Fecur* deducitur alimentum. Neque vero alimentum omne per Canales tantum ſenſibus expoſitos, ſed vel multo majorem ejus partem univerſa Corpori Natura per *Vapores* ſubminiſtrat, qui ab omni in omnem partem facile tranſeunt, a Natura, etiam per ſolida atque denſa, diducti. *Colon* autem inteſtinum eſt (*f*) praegrande, et undequaque fuſum atque ſinuatum: tenuibus inteſtinis et carnoſius, et craſſius, et noxae tolerantius; itaque cum hic inſederit dolor *Colicus*, levius eſt periculum. Affectis quippe *tenuibus inteſtinis* (*g*) tenuis et acutus ſubeſt dolor; ubi vero *Colon* laborat, plurima eſt humoris abundantia, et gravitas ei inhaeret. Porro prop-

(*a*) Pag. 58. (*b*) Pag. 490. (*c*) Pag. 480. (*d*) Pag. 221. (*e*) Pag. 169. (*f*) Pag. 70. (*g*) Pag. 70.

Digitized by Google

propter illius ſitum atque connexionem, dolor modo ad coſtas pertingit, ac *Pleuritidis* opinionem facit, ſiquidem in his etiam oritur febris; modo hic aut illic ſub iis coſtis, quae Nothae vocantur, percipitur; ita ut *Jecur*, aut *Lien* dolere videatur, rurſusque ad Ilia deſcendit. Quibusdam etiam ob eandem cauſam *Oſſi ſacro* infigitur, et *femoribus*, Muſculisque teſticulorum, qui *cremaſteres* appellantur, cujus quidem rei rationem ipſe non ignorans Medicorum quorundam inſcientiam perſtringit, qui in hoc caſu *Cremaſteras* exciderant, quaſi propriam malī cauſam in ſe continuiſſent (*h*). Quid *Recentiores Anatomici* afferunt ad veritatem propius adductum?

Inteſtinorum (*i*), uti *Ventriculi*, ſunt *Tunicae duae*, quarum altera alteri oblique ſuperincumbit: quando igitur harum connexio diſſolvitur, uti nonnunquam ſit in *Dyſenteria*, *interior Tunica ſecundum* longitudinem abſiſtens foras exit, multisque veritatem ignorantibus excreti ipſius inteſtini metum injicit et *exterior* tantum intus remanet, carnemque contrahit; et ad cicatricem perducitur, homoque ſaneſcit; id *inferius Inteſtinum* tantummodo patitur, quippe cujus *tunicae* carnoſae ſint. *Renes* natura glanduloſi ſunt, (*k*) ſed colore rubicundiores, jocinori potius ſimiles, quam *mammis teſticulisque*, hi enim glandes ſunt, ſed albidiores.

(*h*) Pag. 226. (*i*) Pag. 232. (*k*) Pag. 199.

Digitized by Google

res. *Renes* autem testiculorum figuram referunt, magis lati tamen et incurvi. His sinus insunt exigui, collo angustiori, percolandae Urinae intervientes: ex quibus nervosi duo exeunt, fistularum instar, canaliculi, sive *Ureteres*, qui *Vesicae* humeris utrinque inseruntur, et ab utroque *Rene* aequalis est ad *Vesicam* Urinae via. Natura sinus *Renum* oblongos, et *Ureteribus*, qui angustiores sunt, aequales fabricavit (*l*).

Vesica (*m*) crassitudinis est admodum exiguae, *Nervusque* natura existit; quapropter neque carnem contrahit, neque ad cicatricem facile perducitur. In repletione distenditur, et cum inanis est, considit; itaque idem in Ulcere, quod *Articulus*, in extensione et contractione patitur: atqui in *Articulo* omnia difficulter sanescunt *Ulcera*. Ad haec urina biliosa et acris *Ulcus*, si *Vesicam* occupaverit, erodit. Prope se invicem jacent *Anus* et *Vesica* (*n*) quamobrem in Recti inflammatione, *Vesica* urinae difficultate afficitur, et in *Vesicae Affectibus*, *sedes* nihil dejicit, quanquam haud sit alvus sicca.

Membranae sunt (*o*) ilibus affixae, quae *Uteri* ligamenta sunt nervosa: harum illae, quae *Uteri* fundo inseruntur, juxta lumbos, tenues sunt; alterae juxta cervicem ejus hinc at-

(*l*) Pag. 201 (*m*) Pag. 210 (*n*) Pag. 209 (*o*) Pag. 245.

Digitized by Google

atque hinc *Ilibus* adhaerescentes, valde nervosae existunt, lataeque tanquam navigii vela. Itaque si omnes hae *membranae* relaxentur, sede sua foras exit *Uterus*. Apparet aliquando ex *duabus Uterum* succingentibus *Membranis interior*, et ab alterius continuitate divellitur, etenim *duae* tantum *Membranae* istius divisurae sunt; quarum haec ob humoris fluxionem abscedit, sicut etiam ex *abortu* et *partu* violento: tum vero *Chorio* adhaerescit; nam si illud vi extrahitur, simul prodit *Uteri Tunica*: at si foemina mortem evaserit, in sedem suam regressa, ei ad amussim connectitur, vel paululum extra propendet. *Uteri* aliquando *osculum*, usque ad *Cervicem* duntaxat, prolabitur, sed ultro se recipit, si suffimenta adhibeantur, vel obstetricis manu sensim placideque reponatur.

Caput sensuum *Nervorumque* originis locus est, (*p*) sanguinemque a corde potius attrahit, quam aliis membris impertit. Itaque cum morbi causa *Nervis* insit, sensus noxa haud vacant. Nervi licet (*q*) illinc undiquaque oriantur, tamen *Sinciput* (*r*) locus est omnium sensuum communis: ab eoque omnia adjumenta, omnesque noxae derivantur. Quare in *fomentis* adhibendis, usque ad *verticem* tantum, neque ulterius procedere oportet. Neque solum *sensus* initium esse a *Nervis*, (*s*), sed membrorum

(*p*) Pag. 278. (*q*) Pag. 300. (*r*) Pag. 323. (*s*) Pag. 128.

Digitized by Google

rum actionem, et *motum* omnem ab iis ortum habere, *Eraſiſtrati* ſequax, voluit Aretaeus. Proinde ſi infra *Caput* „principium aliquod af-„ficiatur, uti *Medullae ſpinalis Membrana*, par-„tes, quae eodem nomine vocantur, et etiam „continuae ſunt, reſolvuntur; *dextrae*, ſi *Ner-„vi* dextri laeſi fuerint: ſi ſiniſtri, laevae. At „ſi mali principium ſit in *Capite Nervis* affectis „dextris, ſiniſtrae reſolvuntur partes: laevis iti-„dem patientibus dextrae. Hujus rei cauſa eſt, „quod *Nervorum* ſitus juxta originem invertitur, „etenim dextri non in directum ad dextras par-„tes, usque ad finem pertingunt: ſed utrique „origini ſuae inſerti, continuo ſe invicem tran-„ſeunt in figuram litterae *Graecae* X, ad op-„poſitam partem tendentes. Utque in ſumma „dicam ſive totum ſimul corpus, ſive aliqua „membra, vel ab alterutra, vel ab utraque „parte reſolvuntur; *Nervi* interdum, qui a „*Capite* oriuntur, laborant, qui, ut paucis di-„cam, ſenſu facile privantur, ſed per ſeipſo „*motum* haud ita facile amittunt: iidem, ſi pes „conſenſum ab his, qui motui inſerviunt r „aliquid vitii contraxerint, *motus* quoque pau-„lulum deperdunt: aliquid enim motus, quan-„quam haud ita multum, naturaliter habent „per ſe. Interdum vero laeduntur *Nervi*, qui „ex aliis muſculis exeuntes in aliis terminan-„tur: et hi ſunt, qui praecipuam *motus* par-„tem continent, eumque *Capitis nervis* imper-„tiunt; ab iſtis enim plurimum motus hi de-„rivant, licet per ſe habeant paululum; iſti

„igi-

Digitized by Google

„igitur *motus* defectionem praecipue patiuntur, „raro autem, aut, ut ego arbitror, nunquam, „per se sensum amittunt. Et si forte fasciculus „quispiam *nervorum*, qui ex osse quovis pro„ficiscentes in alio finiuntur, vel exsolutus „fuerit, vel disruptus, impotentes fiunt, et tra„huntur partes, *sensu* tamen non privantur.

Nervis autem Morbus propius est, juxta *Aretaeum*, *Tetanus* (*t*) iisque praecipuam inesse *Melancholiae* (*u*) causam docet: eos in *Phrenitide* (*x*) laborare, ac saepe contrahi: omnium autem *Nervorum* affectum esse *Arthritidem* (*y*).

Haec ferè ad rem *Anatomicam* spectantia exposuit *Aretaeus*; non ut humani corporis fabricam quasi dissector doceret, sed ut, quod Medici est, illius notitiam ad morborum rationes explicandas accommodaret: *Dogmaticorum* morem secutus, qui, *cum interioribus partibus et dolores, et morborum varia genera nascantur, neminem putant his adhibere posse remedia, quas ipse ignorat.* (*z*)

Itaque in nullius magistri verba juratus, licet modo ad *Hippocratis*, modo ad *Erasistrati*, modo ad *Herophili* sententiam accedat, suam tamen interea opinionem libere interponit.

DE

(*t*) Pag. 56. (*u*) Pag. 461. (*x*) Pag. 275. (*y*) Pag. 248 (*z*) Celsus in Praefat.

Digitized by Google

DE CURANDI RATIONE, QUAM TENUIT ARETAEUS

Uti ex proprio, non ex alieno penu haec de Medendi Arte Monumenta deprompſit *Aretaeus*, ita in eadem *Naturae ductum* (*a*) et *Magiſtram*, quam ipſe vocat *optimam* (*b*), ſecutus eſt *Experientiam*, nec quidem ille magis in Stylo efformando, quam in remediis adhibendis, peritus artifex et concinnus. Eo ordine, eo judicio, ita diſtincte pleneque traduntur curandi rationes, ut vix quicquam in hoc genere ex ſummi ſcriptoris manibus exierit abſolutius. Quae ab Antiquioribus dicta, eorum alia utpote optima, ſelegit: alia limavit: quaedam ipſe primus haud infeliciter tentavit, ſed haec alias: nunc quod hujus loci eſt, varia medendi genera, quibus ille eſt uſus, perbreviter recolamus.

De Vomitione. Vomitum cieri, tam in acutis, quam diuturnis morbis, Hippocratis veſtigiis inſiſtens praecipit *Aretaeus*. Quippe ſi *Bilis* aut Pituita exundet, ſi cibi corrupti (*c*). aut humorum, ſive *cruditas* (*d*) ſubſit, ſive copia (*e*), ſi accedat *nauſea* (*f*) ſi porro *ſtimulo* quodam, aut corporis *contentione* (*g*), uti oporteat, ſi denique *altas radices egerit* morbus (*h*) ita ut cc-

(*a*) Pag. 449. (*b*) Pag. 303. (*c*) In Ileo. Pag. 394. et in Epileptico puerorum Paroxiſmo, Pag. 317. (*d*) Ibid. et in cholera. 387. (*e*) In Coeliacis. Pag. 491 (*f*) In Apoplexia. Pag. 310. (*g*) ibid. (*h*) In Elephantiaſi. Pag. 500. et Pag. 504.

Digitized by Google

cetera incassum fuerint remedia, haec curandi via optimo consilio adhibetur. Vomitio autem interdum *Aqua tepida* (*i*), aut *oleo* (*k*) interdum *Mulsa* (*l*) aut *radiculis* (*m*), idque modo *jejuno* (*n*), stomacho, modo a coena (*o*) et a *radicularum* esu commode effici potest, siquidem leniter agendum sit: sin efficacius quid requiratur, *Helleborum* utrumque commendat, sed maxime *album*, ultimum valentissimumque omnium evacuantium auxilium (*p*). Haec autem dari jubet cum *Alica* aut *lente* incisum ad drachmas duas vel imbecillioribus cum melledecoctum ad cochlearia duo vel tria (*q*). Quod itidem factitavit ejusdem disciplinae sequax, *Herodotus* (*r*). Sed alias easque haud mediocres Virtutes habet *Helleborus albus*; „Neque enim *Vomitum* modo „provocat (*s*), sed est medicamentorum etiam „omnium ad humores *purgandos* efficacissimum: „non excretorum varietate et copia, id enim „*Cholera* morbus potentius facit; neque vero „intentionibus et violentia inter vomendum, id „enim Nausea in mari validius praestat. Cete„rum neque vim, neque qualitatem malam ha„bet; quo fit, ut laborantibus salutem reddat, „et per exiguam purgationem, et cum inten-

„tio-

(*i*) in Cholera Pag. 388. et Coeliaco Morbo. Pag. 491. (*k*) In Ileo Pag. 394. (*l*) In Coeliaco Morbo. Pag. 491. (*m*) In Coeliaco Morbo Pag. 491. et Elephantiasi. Pag. 500. et Melancholia. Pag. 464. et Scotomate, Pag. 442. (*n*) In Coeliaco Morbo. Pag. 491. et Elephantiasi Pag. 500. et Melancholia Pag. 464. (*o*) In Elephantiasi Pag. 500. et Scotomate. Pag. 442. (*p*) Pag. 439. (*q*) In Scotomate, Pag. 442. (*r*) Oribas. Med. Col. lib. 8. Cap. 1. 2. 3. 7. (*s*) Pag. 504.

Digitized by Google

„tione parva. Porro vetuſtorum omnium mor„borum, qui radices jam altas egerint, cum „reliqua auxilia nihil quicquam opis praeſtite„rint, id unicum remedium eſt: ſiquidem *igni* „facultate par eſt *Helleborus albus*, et quicquid „ignis uſtione facit, illo plus *Helleborus albus* „per interiora diſcurrens operatur: ſpirationem „nempe facilem ex difficili, ex malo colore bo„num, et ex macie habitum corporis pinguem „efficit.„ Et hanc fortaſſe medicinam libentius adhibuit *Aretaeus*, *claro* ductus *Herophili praeconio* (*t*) *qui Helleborum fortiſſimo duci ſimilitudine aequabat; concitatis enim intus omnibus, ipſum in primis exire.*

Id obiter notandum, ab *Aretaeo* praecipi *Vomentia*, non modo ut *primae* viae expurgentur, aut quicquid crudi Ventriculo inhaeſerit, ſurſum ejiciatur, quod quidam unice Veteres attendiſſe videntur; ſed ut motu illo vehementi et contentione, qua inter vomendum Ventriculus ceteraqae viſcera cientur (*u*), tum ſolidae partes ſuccuti ac ſtimulari, tum humores aut reſolvi aut revelli poſſint. Itaque omnibus fere in Capites morbis *Vomitum* excitari jubet. Et recentior experientia nos abunde docuit, quam vim in morbis *Chronicis*, ubi altas radices egerint, exerceat haec medendi via, praeſertim in *Iſchiade*, in *Tumoribus oedematoſis*, in *Ictero*.

De Purgatione, *Purgantia*, in morbis pleriſque *Chronicis*; vel ad educendos humores, vel

(*t*) Plin. Hiſtor. Natur. 25, 5. (*u*) Pag. 210.

Digitized by Google

vel ad revellendos, vel ubi quid ſtimulo cleri oporteat, paſſim adhibet *Aretaeus.* Horum alia ex media Materia, uti *Thymus Atticus, Coccus Cnidius, Aloe, Hiera,* quam quidem addrachmas duas dari praecipit; alia ex valentiore conſtant, ut *Cneorum* puta, *Elaterium*, aes *combuſtum*, et *Helleborus* niger. Efficaciſſimum vero omnium vel ſurſum vel deorſum purgantium, *Helleborus* albus. Et his quidem vel per ſe, vel cum Ptiſana et Mulſa uti convenit.

De Clyſteribus. Alvus itidem ducitur ope *Enematis*, idque commode, ſiquid in inteſtinis emolliendum, aut excernendum ſit, vel ſiquid a Viſceribus aut a Capite revellendum. Itaque in omnibus fere morbis, quos comitatur *Inflammatio*, perpetui ſunt uſus. *Enematum* materia pro varietate morbi multiplex eſt. *Sal, Nitrum, Hyſſopus, Ruta, Centaureum, Terebinthia, Caſtoreum*, ex *Oleo* vel *Aqua* decocta. Quod ſi ſtimulo opus fuerit, injicienda ſunt acriora, quae *pituitam* et *bilem* educant, veluti *Euphorbium* ac *Colocynthis.* (x)

De Sanguinis Miſſione. Sanguinem in morbis quibuscunque, ſive diuturnis ſive acutis, utut in his frequentius, mitti jubet *Aretaeus.* Etenim cum acuti ſint, perſaepe ita in praecipiti ſtat vita, ut niſi haec medendi via malum abegerit, illico moriendum ſit: igitur ille cunctatione omni abjecta, hoc auxilii genus prae ceteris eſſe tentandum judicat. Quare cum ſanguis incenſus fuerit, uti in peracutis morbis plerumque accidit, venam mature atque

(x) Apoplex. Pag. 308.

Digitized by Google

que fidenter aperit. In Renum Inflammatione v. gr. expedite et copiose. In Angina sanguinem educit, latiori incisione, ut cum impetu et confertim exeat, quoniam ita fluens erit et ad calorem quam citissime mitigandum, et ad strangulationem solvendam, et ad reliqua omnia mala imminuenda efficax: in Pleuritide primo die et iterum eodem die extrahit: in Peripneumonia et Jecoris et Venae cavae Inflammatione, *duarum* simul venarum sectionem praecipit: in omni denique Haemorrhagia, actutum, eo judice, secanda est Vena, et *assidue* postquam paululum sanguinis detractum sit, iterum detrahendum est, et eodem die, et postridie, et die perendino. Ita in Venae Cavae inflammatione idem opus saepius repetit. Sed sanguinem mittere uti frequenter est *res* admodum delicata, et nonnunquam periculi satis plena, ita acerrimo judicio utendum esse monet: quo fit, ut in Angina, Pleuritide, Peripneumonia, qui morbi sunt maxime praecipites, utcunque quoad anima deficere incipiat, continuari debeat sanguinis detractio, non tamen quoad omnino defecerit, eum fluere finendum sit. Etiam in Apoplexia praestat, inquit, debito minus mittendo delinquere: nam si largiori detractione opus esse videatur, et bonae aliquae appareant notae, vena potest iterum *incidi*. Ad eundem modum in Jecoris et Venae Cavae inflammatione, in Cephalaea, in Melancholia, multus sed non confertim, bis nempe ac ter, idque alio die, mittendus est sanguis,

ut

Digitized by Google

ut vires interim confirmentur. Idem in omnibus diuturnis (y) morbis praestare convenit.

Venas autem in diversis corporis partibus praecipue quidem in *Cubito* et in *Talo*, quandoque autem sub *Lingua*, in *Fronte*, in *Naribus*, in *Pube*, (z) incidere jubet. Primus autem ex scriptoribus, quorum opera his diebus supersunt, *venae Sectionis* in *Manu* mentionem facit *Aretaeus*: in eo loco, ubi contra Medicos quosdam disputat, qui *sinistrae Manus* Venam illam, quae inter minimum digitum, atque annularem jacet, in Rejectione sanguinis (a) incidi voluerunt: primus itidem mensuram sanguinis, quae aliquando emitti debeat, ad *Heminam* (b) scilicet, aut ad *Heminae dimidium* (c) praescripsit: quod quidem accuratissimi scriptoris, Cl. *Danielis Clerici*, diligentiam fugit, cum *Aretaeum* de hac re nihil prodidisse affirmet. (d)

Haec de Venarum sectione. Secuit etiam, nullo quod sciam Authore inductus, in Cephalaea, Vertigine atque Epilepsia *Aretaeus*: easque ad verticem, ad oculi angulos, juxta nasum, eas tum ante, tum pone aurem sitas, earumque *majores* quidem *ramusculos* (e) aperiri commode posse scribit: quanquam harum utique, quae *anterius* ad aurem jacent, nullam apud Scriptores mentionem fieri perperam affirmet *Severinus*. (f)

De Cucurbitulis. Cucurbitularum usus apud *Aretaeum* uti et apud *Hippocratem* fre-

d mo-

(y) Pag. 429. (z) Quando secetur quaepiam ex his Ven. v. Indicem in voce Phlebotomia. (a) Pag. 362. (b) Pag. 420. (c) Pag. 433. (d) Histoire de la Medecine Part. 3. Liv. 3. ch. 4. 144. (e) Pag. 430. (f) Chirurg. Effic. 40.

Digitized by Google

quentiſſimus, in omnibus fere morbis, ubi ſanguinem mitti oporteat: idque tam in lentis quam in ſubitis caſibus; in *Lethargo*, *Cephalaea*, *Melancholia*, *Epilepſia*, *Coeliaca* atque *Iliaca Paſſione*, ac etiam *Hyſterica*, perinde ut in *Apoplexia*, *Tetano*, *Phrenitide*, *Syncope*, *Peripneumonia*, *Cholera*, *Jecoris*, aliarumque partium *Inflammationibus*. Et hoc quidem ille factitavit, pro morbi natura, diverſimode, et in variis locis. In *Melancholicis*, Cucurbitas Jocinori et Ventriculo, aut hujus ori admovet; dorſo item aut inter ſcapulas, qua parte adhaereſcit illi ſtomachus. In *Phreniticis*, atque *Lethargicis*, *vertici* potius, in *Apoplecticis*, et *Tetano* correptis, *occipiti* imprimendas eſſe cenſet. Et in hoc ultimo quidem affectu eae ab utroque ſpinae latere applicandae, ſed parum admodum flammae adhibendum: nam arcta cucurbitulae labiorum impreſſio dolores convulſionesque excitat: oportet ergo diu trahere, ac leniter potius, quam brevi tempore feſtinanter id efficere. Contra in *Pleuritide*, Cucurbitula debet eſſe magna, undequaque lata, et ad doſentem locum ambiendum capax: multaque ſub ea flamma ſuccendenda eſt, non modo ut carnem attrahat, verum etiam ut ante ignis extinctionem calefaciat. Extincto igne, ſi ſcarificando tantum ſanguinis detraxeris, quantum vires permiſerint, evidentiſſimum eſt in Pleuriticis auxilium. Cucurbitulas etiam *ſiccas*, ſine ferro, quas **Κύφας** vocant, adhibet, aut Coxis eas, ue (*g*) dorſo aut inter (*h*) ſcapulas, aut ab-

(*g*) Phrenit. 287. Apoplex. 313. Ileos 395. (*h*) Choler. 390.

Digitized by Google

abdomini infra umbilicum (*i*) affigi praecipit.

De Sanguisugis. Reſtat et alia ſanguinis mittendi via, ab *Hippocrate* et veteris aevi medicis haud quaquam memorata: eam primus Hirudinum ope, inſtituiſſe vel ſaltem ſcriptis mandaſſe, videtur *Themiſon* (*k*) *Aſclepiadis* auditor, qui aetate paulo *Aretaeum* praecurrit. Sed utcunque hoc fuerit *Themiſonis* inventum, nulla ejus apud *Celſum*, nec etiam apud *Galenum* occurrit mentio. *Aretaeus* autem Hirudines tribus in locis admoveri jubet: in Satyriaſi nempe ad ſanguinem ex intimis locis educendum, in Coeliaco affectu, eas poſt cucurbitulas apponit: in Jecoris denique inflammatione, nonnullis Hirudines magis quam ſcarificationem prodeſſe ſcribit: ſiquidem beſtiolae morſus interius deſcendit, et majores eroſiones facit: unde ſanguinis profluvium, ab his concitatum aegrius ſupprimitur. Poſtquam autem animal ſaturatum exciderit, Cucurbitulam affigit, quae ex intimis partibus ſanguinem jam attrahat.

De Medicamentis. Ut in ſignis Morborum explicandis, ea praecipue, quae ad *Prognoſin* pertinent, *Aretaeus Hippocratis* authoritate ſtabilivit; (quem, *Celſo* (*l*) teſte, recentiores quoque Medici, quamvis quaedam in Curationibus mutarint, tamen haec optime *praeſagiſſe* faſſi ſunt) ita in Acutorum Curatione ejusdem veſtigia preſſe ſecutus eſt, praeſertim quoad Victus inſtitutionem ac miſſionem ſangui-

(*i*) ibid. (*k*) Coel. Aurelian. in Cephalaea. (*l*) Praef. ad Lib. 2.

Digitized by Google

nis. Medicamenta, in peracutis affectibus, praeter Vomitoria et Purgantia, per Os sumenda, aliquando praecipit: sed ea neque varia admodum, neque multiplicia. Horum quippe Aegrotantium optimam medelam, eodem duce (*m*) ab *Alimento* peti judicavit; neque raro ea, quae aegrotantibus offert, Medicamenta eorum cibo quasi furtim (*n*) immiscet. Cibum vero cunctis febricitantibus humidum esse aptissimum post Medicinae parentem docet (*o*), *Ptisanae* praesertim varias praeparationes exhibens, ejusque virtutes Magistri sui verbis praedicans: ita ut ad febrilem aestum temperandum sorbitionibus potissimum confidat. Itaque sive Urinam (*p*) cieri: sive humores attenuari, et incidi (*q*), sive sputa educi, (*r*) sive alvum liquari (*s*) cupit, cum Ptisanis atque jusculis modo simplicibus, modo in quibus Medicamenta ad id idonea dissolvuntur, id exequitur. Utcumque autem victu tenui in febribus utatur, in iis tamen, ubi vires jam deficiunt, sicut in Morbo *Cardiaco*, sive is per se, sive ex alio, uti *Phrenitide*, oriatur, a paulo largiori cibo, vinique praesertim potione, nullis adhibitis Medicamentis, subsidium unicum petit. Vinum enim, inquit, in substantia celeriter alit, usque ad extrema ubique permeat, robori robur adjicit, spi-

(*m*) Hippocr. Lib. de Aliment. (*n*) Pag. 341. 371. (o) Pag. 279 (*p*) Letharg 296 Phrenit 279 (*q*) Pleur. Perip. 342. (*r*) ibid. (*s*) ibid.

Digitized by Google

ſpiritum torpentem excitat, frigus calore temperat, humorum redundantiam comprimit, extrorſum erumpentia atque diffluentia coercet; Ad haec odore ſuave ac jucundum eſt, ad confirmandas vires, vitamque reſtaurandam valens, et ad mentem in furore mitigandam efficaciſſimum. (*t*) Eo itaque uti praecipue *Cardiaco* utitur, ſed cum ea cautione, ut neque in Inflammationibus (*u*) propinetur (quoniam in his dolores auget, ſed ubi hae abſunt, naturam inſtauret) neque ita meracum, ut hominem inebriet nervosque offendat (*x*). Id ideo cum cibo aquaque mixtum alias dari praecipit, eam mediocritatem interim ſecutus, ut neque aeger inedia conſumatur, neque cibi copia opprimatur (*y*). Hac praecipue via in curatione *Acutorum*, quibus febres conjunguntur, vix nisi in *Pleuritide* quidem et *Peripneumonia* Medicamenta paulo largius adhibens, ea ſcilicet quae humores extenuent, et ad transſpirationem idoneos reddant, quaeque eosdem lubricos fluxosque, ita ut per ſuperiora educi poſſint, efficiant (*z*). In his itidem duobus (*a*) Morbis Medicamenta *ſomnifera* devorari jubet, quae ut Antiqui omnes perraro praeceperunt ita ſub mortem, quanquam ab iis acceleratam minime ſenſiſſe videatur, communi autem praeju-

(*t*) Phrenit. 291. (*u*) Syncop. 377. (*x*) Choler. 289. (*y*) Syncop. 381. & 382. (*z*) Pag. 357. (*a*) Pleuritis. 350.

Digitized by Google

judicio deterritus, usurpari vetat. Nam si, inquit, in ipso strangulatus impetu et morbo appropinquante, id genus Medicamenti exhibeas, Te necis authorem vulgus esse arbitrabitur. (*b*) Siquidem et Anodynis in *Ileo* uti haud dubitat (*c*) *Theriaca* puta etc. licet in eodem morbo somnifera Medicamenta Medico vix adhibere licere dixisset, nisi (d) ita ut, cum praesentia mala haud evitari posse manifesto praevideat, aegrum aliquando gravitate capitis torpida sopiat. Ex omnibus autem, quotquot adhibet, tam ad acutos, quam diuturnos morbos, medicamentis, praecipue *Castoreo* utitur, utpote, quod nervorum morbis mederi censeat, in Lethargo (*e*) scilicet, Apoplexia, Tetano, Suffocatione Hysterica, Satyriasi, Epilepsia, Gonorrhaea. Id itaque, cum inter omnia concoctionem promoventia (*f*) excellat, modo potui dat, modo in intestina infra injicit, modo in nares, utpote omnium sternutamenta excitantium optimum inspirat: externis denique applicationibus, *Perfusionibus* scilicet, *Illitionibus*, et *Cataplasmatis* immiscet. In curandis autem morbis diuturnis paulo frequentius medicamenta praecipit, quorum praecipua sunt, quae ad concoctionem faciunt, uti *Absinthii* succus, *Theriaca*, *Mithridatium*, *Bestini* Antidotus, *Castoreum*, (*g*) etc. praecipit etiam ea, quae *Uxinam* movent, uti in Jecoris absessu

(*b*) Peripneum. 358. (*c*) Pag. 395. (*d*) Pag. 394. (*e*) Pag. 299. (*f*) Pag. 453. (*g*) ibid.

Digitized by Google

et Renum affectibus; aliquando et *Sudorem* moventia, quaeque perſpirationis vias fluxiliores (*h*) efficiunt, praeſcribit. Sed nuspiam ita prolixus eſt in remediis adhibendis, ac in morbo illo omnium contumaciſſimo, Elephantiasi. Id quidem obiter notandum, quod *Hippocratem* ſecutus uti quiete in acutis multum utitur, ita ad diuturnos exercitia maxime commendat. Horum ille varia genera perſcribit: quae non modo in diuturnis morbis adhiberi vult, ſed etiam poſt Acutorum deceſſum, ubi ii in longos transiverint (*i*). In ordinanda victus ratione valde accuratus eſt: praeſertim omnia, quae ad *Lactis* Asinini, Caprini, Equini, Ovilli, etiam muliebris uſum pertinent, multis in locis fuſius exponit.

Quod ad externa Remedia ſpectat, ea tam in acutis, quam diuturnis morbis frequentissime uſurpat. In hoc quidem cum *Methodicis* maxime congruens, uti etiam in evidentium ſignorum deſcriptione; cum alioqui tam in causis ſubtilioribus enarrandis ex *Anatomia* ſcilicet petitis, quam in magnorum remediorum indicationibus, ab iis ut plurimum diſſentiat. Itaque *Perfuſiones*, *Epithemata*, *Fomenta*, *Illitiones*, *Cataplaſmata*, *Suffimigia*, *Embregmata*, *Balnea*, etc. omnis fere pagina deſcribit, ad refrigerandum et calefaciendum, ad humectandum, et siccandum, ad relaxandum et aſtrin-

(*h*) Pag. 496. (*i*) Syncop. Marcſm.

Digitized by Google

aſtringendam, ad emolliendas partes et roborandas, ut humores per habitum digerantur, ut corpora fluxa, et ad perſpirationem apta reddantur. Horum materia, modusque, quo adhiberi debeant, ubique occurrit. De *Sinapismis* itidem et *Phoenigmis* frequens eſt mentio: in quo auxilii genere ſaepius cum *Archigene* convenit, qui, docente Aëtio, de his multa ſcriptitavit.

Quaedam denique, ex *Chirurgia* petit; in Epilepsia *terebram* cranio adhibet, in capitis dolore *uſtionem*; *ferramentum* igne candens in abſceſſu Jecoris ſuadet; de aſpera arteria *ſecanda* loquitur, quamvis ſectionem ipſam improbat. In *Calculoſis* Vesicam incidi jubet, locumque inciſionis designat: ad Urinam eliciendam *Cathetere*, niſi inflammatio adsit, utitur. Haec fere habet Chirurgica: et ſane dolendum eſt, periiſſe ea, non modo quae de hoc ipſo argumento ſcripsit, ſed quae de omni genere *febrium*, quae de morbis *mulierum*, quae de *Pharmacia* ſeorsim expoſuit. Ingens ſane hoc rei Medicae diſpendium, quod vel minima ſcriptoris elegantiſſimi Monumenta interciderint.

ARE-

Digitized by Google

ARETAEI
CAPPADOCIS
DE
CAUSIS ET SIGNIS
ACUTORUM
MORBORUM.

LIBER PRIMUS.

Digitized by Google

De Phrenitide. * * * * Cap. I.

De Lethargo. * * * * * * II.

De Marasmo. * * * * * III.

De Apoplexia. * * * * * IV.

De Epilepsia. V.

De Tetano. VI

De Angina. VII.

De Columellae Affectibus. VIII.

De Tonsillarum Ulceribus. IX.

De Pleuritide. X.

DE

Digitized by Google

DE EPILEPSIA, SIVE MORBO COMITIALI.

Cap. V.

Affectus signa perpetua.

Hebetudo, vertigo, tendinum gravitas, venarum, quae in collo sunt, repletio atque distentio: nausea praecipue quidem post cibum, sed quae per abstinentiam quoque lenta continuat, multaeque pituitae vomitus: post exiguam cibi assumtionem fastidium et cruditas; inflationibus replentur, praecordia ipsorum intumescunt, et haec quidem perpetua sunt.

Digitized by Google

Accessio instans.

At si instantis accessionis timor subsit, splendores quidam ante oculos purpurei, vel nigri, vel ex omnibus coloribus inter se permixtis in circulo obversantur, ut Iris in coelo praetenta videatur: aures eorum tinniunt: ipsi foedos odores sentiunt, iracundi praeter rationem, ac biliosi sunt. Quidam itaque nulla alia de causa, quam prae maerore, conciderunt; alii, cum in profluentem aquam, vel in rotam versatam, vel in turbinem circumvolutum fixis oculis intuerentur; alios gravium odorum sensus, quemadmodum lapidis Gagatis, prostravit. Quibusdam vitium in capite confirmatum est, et inde noxae fit initium; nonnullis autem, a nervis incipit, qui a capite longius absunt, et cum parte prima affecta consensum habent. Itaque magni manuum pedumve digiti contrahuntur, dolorque, et torpor, et tremor insequuntur: omnisque horum impetus in caput se convertit; cumque malum ad caput perrepserit, fragorem quendam, quasi ex ictu lapidis,

dis, aut ligni, percipiunt: et postquam exſurrexerint, ſe ſe ex insidiis ab aliquo percuſsos eſse clámitant; ſed ea fraude capiuntur ii ſolum, quos jam primum morbus hîc invasit. At qui malo aſsueti ſunt, si id instet, digitumque jam occupaverit, vel ab alia quavis parte inceperit, futuri per experientiam ſcientes, ex astantibus, quotquot iis opem ferre conſueverint, vocant, eosque obſecrant, ut partem primum affectam constringant, et reflectant, et intendant, eandemque ipsi vellunt, morbum ita cupientes eximere; idque aliquando auxilium isto die acceſsionem depulit. Multi ingruentis ferae opinione, vel umbrae alicujus viſu, perterriti, atque ita prolapsi ſunt.

Porro in ipſa acceſsione homo sine ſenſu jacet: manus contrahuntur: crura non modo a ſe invicem diducta, ſed etiam huc et illuc vi tendinum disjiciuntur. Jugulatorum taurorum in hac calamitate ſpeciem referunt; cervix incurvatur: caput Acceſſio.

Digitized by Google

variis modis pervertitur; nonnunquam enim in pronum, tanquam arcus inflectitur, et tum quidem pectori mentum adglutinatur: alias ad dorsum reflectitur, sicut in his, qui capillis vi magna retrahuntur, tunc autem hac vel illac super humeros incumbit. Late hiant: os siccum est: lingua propendet, adeo ut periculum sit, ne vel graviter vulneretur, vel etiam abscindatur; nonnunquam dentes convulsionibus arcte colliduntur: oculi in interiorem partem voluti: palpebrae cum palpitatione late dehiscunt, easque, si forte connivere cupiant, nequeunt committere, ut quod ex oculis album est, subter appareat; supercilia interdum in mediam frontis partem contrahuntur, quemadmodum in iratis fit: aliquando ad tempora vehementer reducuntur, ita ut cutis circa frontem valde intendatur, omnesque penitus e fronte deleantur rugae, malae rubent et palpitant: labia aliquando in acutum ambo compressa,

in-

Digitized by Google

interdum in obliquum revulsa, et more subridentium, circa dentes protenta.

Verum ubi morbus increscit, accedit vultus livor: vasorum, quae in collo sunt, distentio; sicut in strangulatione, vox supprimitur, neque ullus, etiamsi alte vociferere, sensus: quaedam tamen ad loquendum quasi irritatio est, sed pro voce suspiria tantum emittunt; *(a)* eadem est respiratio, et suffocatio, ac si laqueo strangularentur; pulsus in initio vehemens, celerque, et magnus: circa finem parvus, tardusque, et languidus: ex toto autem inordinatus; pudendorum tentigo. Et haec sunt, quae juxta finem accessionis patiuntur. Incrementum.

(a) Ita versa est συναγμὸς ἡ φωνή, cum in sequenti capite eodem dicendi genere utatur, ut βαχμὸς ἡ ἀναπνοή.

Digitized by Google

Remiſſio. Sed cum ad mali remiſsionem jam perventum est, urina ſponte profluit: alvus liquatur: et nonnullis, propter vaſorum adstrictionem compreſsionemque, perque irritamentum, quod ex dolore provenit, et humoris eruptionem, feminis fit profluvium; siquidem his etiam nervi dolent, os jam humidum habent, multamque pituitam, eamque craſſam atque frigidam effundunt, magnamque ejus copiam, si trahere velis, poſsis, tanquam in filum deducere. Quod si longo tempore, multoque cum dolore, quae ſunt intra pectus, quasi ferveant, ſpiritusque incluſus omnia commoveat, et eorum, quae morbi cauſae ſunt, convulsio quaedam et perturbatio sit, et ad reſpirationis exitus, os ſcilicet atque nares, humorum inundatio prorumpat, quae fuit antea partium omnium strangulatio remittere videtur; ſpumam autem exſpuunt, sicut aequor ventis ingentibus concitatum; jamque morbo quieſcente conſurgunt. Verum ubi is receſsit, per mem-

Digitized by Google

membra segnitiem, et in capite gravitatem continuo sentiunt, et ex lassitudine ac pudore resoluti sunt, languidi, pallidi, tristes, et demissi.

DE TETANO SIVE NERVORUM DISTENTIONE.

Cap. VI.

TETANI nervorum distentiones sunt, quae vehementes inferunt dolores, celerrimeque interimunt, neque facile possunt solvi. Musculi tendinesque malorum hisce affectibus praecipue tentantur; sed universo corpori malum communicatur, quoniam omnes partes iis, quae primo affectae sunt, consentiunt. Species autem *Convulsionis* sunt tres; nam vel in directum fit, vel in posteriorem partem, vel in anteriorem. *Te-*

Convulsionis species.

Digitized by Google

tanus in directum dicitur, cum homo ita intendatur, ut in neutram partem se torquere possit, aut inflectere. *Convulsiones* autem, quae vel retrorsum, vel in anteriorem partem fiunt, ab intentione, et loco, ad quem ea fit, nomen obtinent. Nam in aversam partem laborantis reclinationem vocamus *Opisthotonum*, nervique, qui eo loci sunt, afficiuntur. *Emprosthotonus* autem dicitur, cum homo in anteriorem partem a nervis, qui ibidem positi sunt, incurvatur. *Tonus* enim nervorum atque intentionis nomen est commune.

Causae. Horum affectuum causae sunt innumerae; siquidem post vulnera fieri solent, cum vel membrana, vel musculus, vel nervus punctionem accepit, ex quibus mors plerumque sequitur: nam post vulnus nervorum distentio mortifera est. *(b)* Convellitur etiam ex abortu mulier: et ea

(b) Hippoc. Aph. 2. Sect. 5.

Digitized by Google

ea quoque vix evadit. Alii ex vehementi cervicis ictu eodem malo excipiuntur. Frigus etiam violentum ejusdem cauſa est; quapropter hyeme hi affectus maxime oriuntur: vere et autumno, minus: aestate, perraro, nisi vulnus praeceſserit, aut peregrini morbi populariter graſſentur. Mulieres nervorum distentionibus magis opportunae ſunt, quam viri: quoniam frigidae naturae ſunt; ſed et frequentius etiam liberantur, quia humidiores ſunt. Quod ad aetates pertinet, pueri hiſce affectibus aſsidue infestantur, ſed ex iis minus moriuntur, quia vitium ipsis usitatum est, et familiare; juvenes minus, quam pueri, tentantur, ſed ſaepius opprimuntur, qui aetate constanti ſunt, hiſce morbis minime obnoxii vivunt; ſenes iisdem maxime patent, et frequentiſsime moriuntur: in cauſa est frigiditas siccitasque ſenectutis, quae mortis etiam natura est: nam si frigidum cum humido conjungatur, minus noxiae et periculoſae ſunt convulsiones.

Digitized by Google

Signa omnium communia.

Omnes hos affectus, ut in summa loquar, comitantur dolor intentioque tendinum, ac spinae, musculorumque, qui in maxillis sunt, et pectore; nam superiorem maxillam inferiori ita adnectunt, ut illae neque vectibus, neque cuneis facile diduci possint: vel siquis dentes violenter separans humorem instillaverit, hunc deglutire nequeunt, sed vel effundunt, vel in ore continent, vel in nares regerunt: quoniam fauces compressae sunt, tonsillaeque durae et intentae ad alimenti protensionem deglutitionemque non committuntur. Facies rubet, et variis coloribus distinguitur: oculi paene immobiles cum dolore vertuntur: strangulatio vehemens: spirandi difficultas: manuum, crurumque intentio: musculorum palpitatio: facies variis modis distorta: maxillarum labiorumque tremor: menti conquassatio: dentium stridor; in quodam etiam homine, aures cum fragore concussae, quod et ipse vidi et admira-

miratus ſum *(c)*; urina vel cum magna difficultate ſupprimitur, vel propter veſicae compreſsionem ſponte prorumpit. Haec autem in omni *Convulsionis* genere contingunt.

Propria vero cujusque haec ſunt. In *Tetano* univerſum corpus rectum et immobile ſine ulla flexionis poteſtate intenditur: rectae manus ſunt, et crura. Tetani ſigna.

Opi-

(c) *Craſſus* vertit, quaſi urinae ſuppreſſionem, aut effuſionem miraretur *Author*; *Goupylus* inquit, haec verba ad aurium motum pertinere videntur. Et hoc certe admiratione dignum, ut aures, quas naturaliter homo ipſe movere nequit, a morbo cum fragore concutiantur: illud non item; cum inter Signa *Tetani Paulus* (L. 3. C. 20.) urinae ex toto ſuppreſſionem, vel inſtar aquae effuſionem, ponat: et *Aretaeus* ipſe infra, *Opiſthotono* laborantibus urinam praecipue ſine voluntate profluere, animadvertat.

Digitized by Google

Opisthotoni signa.

Opisthotonus autem retro flectit hominem, ita ut caput revulsum inter humeros jaceat: guttur exstat; maxillae plerumque dehiscunt, raroque fit, ut sibi invicem committantur: in spirando stertor: venter, atque pectus prominent: urina his maxime sine voluntate profluit: abdomen intentum, et si id percutias, resonans: manus cum extentione retro velluntur: crura contorquentur, nam vitioso quodam more, et poplitibus contrario, incurvantur.

Emprosthotoni signa.

Si *Emprosthotonus* est, tergum gibbum fit: coxae extruduntur, ut cum dorso in directum jaceant: spina tota recta est: caput pronum, et in pectus vergit: mentum pectori adglutinatur: manus confertae: crura extenta. Dolores omnium vehementes sunt, vox omnium flebilis: suspirant omnes, et ex alto gemunt. Quod si pectus atque *Spiritum* morbus occupaverit, mors in propinquo est; idque ita fieri ipsi aegro felicissimum est, ut dolores, distortionemque,

Digitized by Google

que, et turpitudinem morte commutet: praesentibus etiam minus triste, licet vel filius sit, vel pater. Quodsi vita etiamnum restet; quamvis vitiato, remanente tamen *Spiritu*, in anteriorem partem non in arcus tantum, sed etiam in Sphaerae similitudinem incurvantur, ita ut caput genibus adnexum habeant: dorsumque et crura ita in anteriorem partem convelluntur, ut articulus juxta genu intra poplitem compulsus esse videatur. Calamitas mortalibus intolerabilis, cujus etiam aspectus intuenti gravis est ac molestus; malum autem prorsus insanabile; laborantem etiam amici propter corporis distortionem non agnoscunt. Votum quoque praesentibus, prius impium, nunc honestum efficitur, ut aeger quamprimum obeat, vitamque et dolores, et mala acerbissima morte commutet. Neque vero Medicus ipse praesens vidensque quicquam valet, vel ad salutem praestandam, vel ad doloris levamentum, vel etiam ad figurae emendationem; citius enim

Digitized by Google

nim hominem vivum discíderit ac divulserit, quam membra recta effecerit; nullam itaque a malo victis medicinam adhibens una cum iis dolere tantum potest: haec vero magna est Medentis infelicitas.

DE SYNANCHE SIVE ANGINA

Cap. VII.

Anginae species duae.

Angina peracutus est affectus; quoniam *Spiritus* compressio est. Ejus duae sunt species. Nam vel partium, quae spirandi instrumenta sunt, inflammatio est; vel solus ipse *Spiritus* afficitur, causamque morbi in se ipso continet.

Cynanche.

Instrumenta dico, tonsillas, epiglottidem, fauces, columellam, sum-

Digitized by Google

summamque asperam arteriam: et si ulterius serpat inflammatio, lingua etiam, et maxillarum interiores partes afficiuntur; in quo casu linguam praenimia ejus magnitudine extra dentes proferunt: haec enim os totum replet, et reliqua pars ejus supra dentes effunditur. *Synanche*, vel *Cynanche*, (id est, *canina Angina*) malum hoc vocatur: vel quoniam animalia ista eo assidue infestantur, vel quia etiam in sanitate linguam exserere consuerunt.

In altera specie notae his contrariae sunt; instrumenta spirandi collabuntur, et tenuiora fiunt, quam in naturali cujusque habitu: suffocatio ita vehemens, ut in pectore circa cor et pulmones inflammatio clam occultari videatur. *Synanchen* appellamus, quia urget interius atque angit. Mihi autem videtur ipsius tantum spiritus id esse vitium, qui prava quadam mutatione in calidissimum siccissimumque convertitur, sine ulla membri cujusvis inflammatio- Synanche.

Digitized by Google

tione. Neque ſane id ita fieri res valde mira videri debet, ſiquidem in *charoneis ſpecubus*, homines non affectu quopiam corporis acutiſsime strangulantur, ſed vel unico *Spiritus* haustu interimuntur, priusquam corpus ullo modo sit affectum. Quin etiam, sine morſu quovis, ſed a lingua canis recepto tantum *Spiritu*, in rabiem homo agitur (*d*). Eadem itaque *Spiritus* mutatio intra hominem fieri potest: quoniam in homine aliae res innumerae cum exterioribus causis similitudinem habent. Succi ſunt, qui extra atque intra corpus mortem (*e*) inferunt; morbi venenis similes ſunt; et ab epoto medicamento eadem, quae in febribus, evomuntur. Quam ob cauſam factum eſse veriſsimile est, ut in peſtilentia, quae *Athenas* afflixit, nonnulli

(*d*) Idem obſervat *Caelius Aurelianus*, de Hydrophobia, Acut. morb. L. 3. Cap. 9.

(*e*) Verba *Hippocratis*, L. de Aliment.

Digitized by Google

nulli *Peloponnensios* venena in puteos, qui in *Piraeo* erant, conjeciſse (*f*) cenſerent; etenim pestilenti morbo magnam eſse cum venenis affinitatem homines non intelligebant.

Ceterum in iis, qui *Cynanchici* vocantur, tonsillarum, faucium, totiusque oris inflammatio est; lingua extra dentes atque labia prominet: saliva effunditur: pituita frigida, et craſsiſsima profluit: facies cum tumore rubet: oculi exerti, patentes, rubore ſuffusi: potus in nares rejicitur: dolóres vehementes, qui tamen, propter urgentem strangulationis vim, minus ſentiuntur: pectus et cor exardeſcunt: frigidi aëris desiderium est, ſed ejus parum admodum trahere poſsunt, quoad, intercluſo tandem transitu strangulentur. Quibusdam malum in pulmones continuo transit, Cynanches ſignæ.

eos-

(*f*) Thucydid. L. 2.

Digitized by Google

eosque ita interimit *(g)*; febres enim oriuntur lentae, tenues, nihil relevantes. Quod si cui res in bonum vertitur, abſceſsus vel extra, hinc atque illinc, juxta aures, vel interius, prope tonsillas fiunt; et si non admodum tarde cum torpore ſuppuratio excitetur, evadere quidem poſſunt, ſed cum dolore ac periculo. At si magnus oriatur tumor, cum affectus ad ſuppurationem tendit, et in acutum tollatur abſceſsus, ſuffocatio repente ſequitur. Haec utique *Cynanches* signa ſunt.

Synanches ſigna.

In *Synanche* autem partes collabuntur, et tenuiores fiunt; accedit pallor, oculi concavi, interius demersi: fauces et columella retrahuntur: tonsillae magis sibi invicem committuntur: vox ſupprimitur. Strangulatio in hac ſpecie multo vehementior est, quam in priori: quoniam

(g) Hippoc. Aph. 10. §. 5.

Digitized by Google

niam in pectore vitium est, ubi positum est respirationis principium. Hi celerrime etiam primo die, mori solent, et interdum, priusquam Medicum arcessere possint, vel si arcessiverint, nihil quicquam opis sentiunt, sed obeunt priusquam ille queat artis praesidia adhibere. Quibuscunque autem in melius vertitur, in omni parte excitatur inflammatio, et extrorsum procedit *(h)*, et ex *Synanche* fit *Cynanche*. Magnus etiam tumor in pectore, et ibidem *Erysipelas* apparens salutiferum est *(i)*. Et periti Medici est admota praecordiis Cucurbitula malum educere, vel sinapi pectori partibusque circa maxillas imponere, morbumque ita extrahere, et discutere. Nonnullis autem pro brevi tempore vitium his auxiliis extractum est, et postquam solutum esset, statim revertens aegrotantem suffocavit.

(h) Hippoc. Praenot.
(i) Ibid. et Aph. 49. §. 7.

Digitized by Google

Causae. Hujus affectus causae sunt innumerae; fit enim ex frigore frequentius, rariusque ex aestu, ex ictu, ex ossibus piscium intra tonsillas defixis, ex frigido potu, ex nimia vini cibique abundantia, et ex respirationis vitiis *(k)*.

DE COLUMELLAE AFFECTIBUS.

Cap. VIII.

Solida caruncula, quae ex palato inter tonsillas dependet, Columella et

---

(k) Locum hunc citat *Aëtius*, (Tetrabib. L. 8. c. 50.) mutatis paululum *Aretaei* verbis: Ἀρεταῖος δέ φησιν, αἰτίαι τῆς Συνάγχης πολλαὶ μὲν, μάλιστα δὲ ψύξις πλείων τῶν ἐγκαύσεων καὶ πληγὴ καὶ ἰχθηῶν (ἰχθυων esse deberet) εἰς τὰ παρίσθμια ἔμπαξις· καὶ ψυχροποσίαι· μέθη· πλησμονή· καὶ τὰ ἀναπνεόμενα κακά.

Digitized by Google

et Gurgulio appellatur. Σταφυλὴ enim, (sive uva), nomen est affectus *(l)*. Columella vero natura humidus quidam nervus est; nam in humido jacet loco. Pluribus autem ista malis obnoxia est; nam per inflammationem crafsescit, et a basi usque ad extremum apicem aequalis fit, et in longum protenta rubore fuffunditur; Κίων, (sive Columella) hujus affectus nomen est. Si in extrema tantum parte rotundatur, et cum magnitudinis incremento livida et fubnigra fit, Σταφυλὴ (sive uva) vocatur hic affectus: quoniam et figura, et magnitudine et colore, uvae perquam similis est. Tertius affectus ad membranas pertinet, quae hinc, atque illinc, tanquam lata vela, aut veſpertilionum alae exporriguntur; id genus morbi Ἱμάντιον (sive lorum) vocatur; quia lororum ſpeciem refert lata membranarum explicatio. At si in tenuem et oblongam membranam

Cion.

Staphyle

Himantium.

Craſpedum.

(l) Vid. Σταφυλὴ in Lexic.

Digitized by Google

columella desinat, et quasi Urachum quendam in fine habeat, Κράσπεδον, (sive fimbria) vocatur. Hic affectus sicut etiam ceteri, sponte sua, ex defluxione oritur: et etiam ex transversa sectione, cum in uno latere Medicus membranam reliquerit.

Columella bifida. Quod si Columella bifida reddatur, geminis membranis hinc atque hinc pendentibus, nomen quidem nullum habet; sed affectus ipse satis patet. Reliqui etiam omnes ex aspectu solo facile cognoscuntur.

Signa omnium communia. In omnibus suffocatio urget, et deglutiendi difficultas; in omnibus adest tussis, sed in eo praecipue, quem *lorum*, eoque, quem *fimbriam* vocari propositum est: quoniam aspera arteria a membranis titillatur, et interdum humoris aliquid in eandem clam destillat, quae res tussim provocat. At in eo affectu, qui *uva*, eoque, qui *Columella* nominatur, spirandi devorandique difficultas multo major est; nam in his humor ad nares rejicitur, quia tonsillae jam

eum

Digitized by Google

cum Columella consentiunt. Senes morbus *Columella* dictus infestare solet; *uva* juvenes, eosque, qui aetate consistunt: quia multi sanguinis sunt, isque in his facilius inflammatur; pubescentes, et pueri, membranarum vitiis magis patent. In omnibus Columella tuto absoinditur; sed in *Uva*, quamdiu rubor permanet, abscisionem sanguinis profluvium, et dolor, et inflammationis incrementum sequitur *(m)*.

DE TONSILLARUM ULCERIBUS.

Cap. IX.

Ulcera in tonsillis fiunt, quorum aliqua usitata sunt, mitia et innoxia; alia Ulcerum duae species.

(m) Eadem fere iisdem verbis *Hippocrates* habet in Praenot.

Digitized by Google

alia vero insueta, pestilentia et lethifera. Mitia quidem pura sunt, exigua, nec profunda, neque inflammantur, et dolore vacant. Pestilentia vero ea sunt, quae lata, et cava sunt, et sordida, quaeque humore quodam concreto, eoque vel albo, vel livido, vel nigro comprehenduntur: *Aphthae* his ulceribus nomen est. Quod si concretio ista altius descenderit, affectus Ἔσχαρ, (sive crusta) et est, et vocatur: et circa crustam rubor ingens oritur, et inflammatio, et venarum dolor, quemadmodum in *Carbunculo* fit, et exiguae tenuesque pustulae, quarum aliae aliis supervenientes coalescunt, latumque efficiunt ulcus. Id si in os exterius serpat, ad Columellam quoque pervenit, eamque exest, et ad linguam etiam, et ad gingivas, dentiumque alveolas tendit: sub quo dentes labefactantur, et nigrescunt, et ad collum inflammatio pertingit; quique ita affecti sunt intra paucos dies inflammatione, ac febribus, foetore, et inedia consumti intereunt.

Ve-

Digitized by Google

Verum si ad praecordia per asperam tendat arteriam, etiam eo ipso die suffocantur; cor enim et pulmones neque talem odoris foeditatem, neque ulcera, neque saniem sustinent: quin etiam urget tussis, ac spirandi difficultas.

Causa vero tonsillarum affectus devoratio est frigidorum, asperorum, calidorum, acidorum, et adstringentium. Etenim hae partes et pectori ad vocis spiritusque usum inserviunt, et ventri ad alimenti transmissionem, et stomacho ad ejusdem deglutitionem opitulantur. Et si internis partibus quodvis malum incidat, vel ventri, vel stomacho, vel pectori, ad tonsillas et fauces, atque partes circa positas malum per eructationes ascendit. Quapropter pueri usque ad pubertatem vitio hoc praecipue tentantur, quoniam ii praecipue multum atque frigidum aërem trahunt (nam his plurimum caloris inest) intemperantes etiam in cibo sunt, et varia appetunt, et frigidam bibunt, alte-

Unde, ubi, et quibus haec contingant.

Digitized by Google

que, et cum iraſcuntur, et in ludo clamitant. Idem puellis etiam, donec per menstrua purgari incipiant, usitatum est. Ex regionibus, id *Aegyptus* maxime profert; isthic enim et aër ſpirando ſiccus *(n)* adducitur, et victus genus varium est, ex radicibus, atque herbis oleribusque, et ſeminibus acribus *(o)*, quae ibi large proveniunt; potus autem craſſus est, vel ex aqua *Nili (p)*, vel

(n) Siquidem in Aegypto vix unquam pluat, Herod. L. 2.

(o) Eodem his ſeculis victu Aegyptios uti narrat *Proſper Alpinus* (de Medicin. Aegypt. L. 1. c. 10.)

(p) *Alexandria* uti refert *Hirtius* (de Bel. *Alexandrin.*) fere tota ſuffoſſa eſt, ſpecusque habet ad *Nilum* pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quae paulatim, ſpatio temporis, liquefcit ac ſubſidit: Hac uti domini aedificiorum, atque eorum familia conſuevit; nam, quae flumine *Nilo* fertur, adeo eſt limoſa atque turbida, ut multos variosque morbos efficiat: ſed ea plebs et multitudo contenta eſt neceſſario, quod

vel ex acri liquore, qui ex hordeo (q), aut eo, qui ex radicibus (r) conficitur. Idem morbus etiam in *Syria*, et praesertim ea parte, quae *Cœlosyria* appellatur, frequens est; unde fit, ut *Syria*, et *Aegyptia* ulcera vocitentur.

Modus autem mortis est miserrimus; dolor acris et fervidus, qualis Mortis modus.

quod fons Urbe tota nullus est. Specus hos describit, qui in *Aegypto*, circa A. D. 1580. Medicinam exercuit, *Alpinus*; cumque in illos aqua, nonnisi semel quotannis a *Nilo* derivari queat, coenosam ejus partem, cellis, exeunte anno, ad fundum prope exhaustis, *Alexandrini* necessitate adacti bibunt: unde multos eosque putridos oriri morbos narrat (de Medicin. *Aegypt.* L. 1. c. 14). Eandem vero aquam, ubi his ac similibus modis clarefierit, et jucundissimam, et saluberrimam, et morbis quibusdam depellendis utilem esse praedicat.

(q) Vid. κριθὴ in Lexic.

(r) Vid. Βρυτέων in Lexic.

Digitized by Google

lis in *Carbunculo* fit: prava respiratio, quoniam foedissimum putredinis odorem exspirant, eumque rursus intra pectus statim attrahunt; adeoque infestantur, ut ne sui quidem odorem sustinere valeant; facies pallida vel livida: acutae febres; sitis adeo intensa, ut igne succendi videantur, et potionem tamen aversantur, ex doloris metu: vehementer enim affliguntur, vel si ea tonsillas comprimat, vel si in nares recurrat. Et si forte decubuerint, decubitum non ferentes exsurgunt: cumque exsurrexerint, prae molestia rursus decumbunt: plerumque vero recti stantes obambulant; nam quia nullo modo levamen assequuntur, quietem refugiunt, et dolorem novo dolore depellere conantur. Multum intro spiritum adducunt, quia gelido aere refrigerari expetunt; sed parum ejus exspirant, quoniam ulcera tanquam igne succensa a fervente spiritu magis inflammantur; accedit raucitas vocisque suppressio, et haec quidem magis magisque urgent, quoad tandem

Digitized by Google

dem in terram subito corruentes animam exspirent.

DE PLEURITIDE, SIVE LATERUM DOLORE.

Cap. X.

Sub Costis, et spina, et interiori pectoris parte, usque ad jugula tenuis atque valida membrana ossibus adhaerens praetenditur, quae *succingens* appellatur. In hac cum orta fuerit inflammatio, adest febris cum tussi, et sputis variis, cui affectui nomen est *Pleuritis*. Oportet autem, ut haec omnia ab una et eadem causa fiant, et quasi concordent, et conspirent inter se; quanquam enim omnia simul adsint, et alia tamen ab alia causa separatim provenerint, *Pleuritis* non vocatur. In hac vero sub- Pleuritidis sedes et signa.

est

est acutus dolor usque ad jugula pertingens: calor acer: decubitus in latus inflammatum facilis, quia tunc in sede sua membrana remanet; at si in oppositam partem jacet aeger, sequitur dolor acerbissimus: quia propter membranae pondus deorsum trahens, et ejusdem suspensionem inflammationemque, dolor per totam ejus continuationem extenditur usque ad humeros et jugula; quibusdam etiam ad dorsum, et scapulas, quam veteres *Pleuritidem in dorso* (s) vocarunt. Sequitur autem spiran-

(s) Hoc ita vertit *Crassus*: in dorsi scapulas dolor protenditur, *Pleuritida*. Veteres *Graeci* appellarunt. Id, ut videtur, perperam; cum juniores itidem morbum hunc *Pleuritidem* vocent, quanquam in dorso fuerit dolor, quoniam a membranae inflammatione proficiscitur, quae, ut *Aretaeus* supra memorat, spinae pariter et costis praetenditur. Id vero *Author* innuit, Veteres, ubi dolor dorsum occupaverit, *dorsalem* hanc *Pleuritidem* appellasse; ut *Hippocrates* (in libro

randi difficultas: vigilia: cibi fastidium, malarum rubor floridus: sicca tussis, sputa vix exscreata: pituita, vel biliosa, vel sanguine saturata, vel subflava, cujus omnia genera sine quovis ordine aliter aliterque et adveniunt, et recedunt; pessimum tamen est, si sputum cruentum desiit; delirant etiam, et interdum Comate occupantur, et in ipso sopore mente desipiunt.

Itaque si his increscentibus morbus ad exitium inclinet, in *syncopen* aegri decidentes intra septimum diem moriuntur. Sed si a secunda septima- Signa mortifera.

libro de morbis tertio) hujuscemodi affectum Πλευρῖτιν ἐν νώτῳ, vocat, et (in secundo) Νωτιάδα dicit, quibus in locis varia *Pleuritidum* genera describuntur. Sententiam istam in hunc sensum vertendam esse arbitrari videtur Vir doctus, qui Domini *Fabricii* librum variis in locis emendavit: cum haec verba τὴν νωτιαίην τὴν πλευρῖτιν ἐκάλεον οἱ πρόσθεν, Parenthesi includenda esse scribit.

Digitized by Google

mana, ſputa prodire coeperint, et augeſcant mala, obeunt circa diem decimum et quartum. Interdum fit, ut intra duo haec tempora malum omne transeat in pulmonem; trahit enim id in ſe ipſum pulmo, rarus calidusque existens, et ad ea, quae prope ſunt, adducenda ſe ſe commovens; jamque aeger ex morbi in hanc partem migratione repente strangulatur. Quod si ultra diem istum ſuperstes sit, neque intra vigesimum moriatur, *ſuppuratus* fit. Et haec quidem, si affectus ad perniciem tendat, eveniunt.

Signa ſalutifera.

At si ad ſanitatem ſpectat, larga ſanguinis e naribus profusio morbum repente exſolvit; siquidem ſomnus accedit, et pituitae ſputum ſequitur; deinde humoris biliosi atque tenuis: posteaque multo tenuioris: et deinde cruenta et craſsa, et carnoſa quaedam exſcreantur. Et si post cruenta ſputa bilis redeat, et post eam pituita, aegroti de ſalute ſecuri ſunt; cum eo tamen, ut, si haec a ter-

Digitized by Google

tertio die incipiant, iique laevia, aequalia, humida et rotunda facile extuſsiant, ſeptimo die liberentur: quo tempore venter etiam dejectionibus biliosis perturbatur: ſpiritus ex facili trahitur: mens constat; febres remittunt: cibi cupiditas revertitur; verum si eadem a ſecunda ſeptimana inchoentur, die decimo quarto redit ſanitas.

Id nisi fiat, in *ſuppurationem* affectus vertitur *(t)*, quae per horrores et dolores pungentes significatur: accedit ſedendi cupiditas, majorque ſpirandi molestia; tum vero praecipue timor ſubest, ne pulmones pus repente in ſe attrahentes hominem, postquam priora et graviora mala evaſerit, ſuffocent. At si abſceſſus inter costas ſubrepat, easque ſeparet, et in exteriorem partem acuatur, vel in intestina pus effundat, homo plerumque ad ſanitatem perducitur. Suppuratio.

Ex tempestatibus, hyeme ſaepiſsime morbus hic oriri ſolet: deinde au- Quando et quos occupet Pleuritis

(t) Hippoc. Aph. 8. §. 5.

Digitized by Google

autumno: vere rarius, nisi forte id frigidius sit: et aestate rarissime. Ex aetatibus, senes frequentius quam ceteri *Pleuritide* tentantur, sed ex ea facilius etiam evadunt: quia in sicco corpore neque magna facile excitatur inflammatio, neque transit in pulmones, qui in hac aetate frigidissimi sunt, et parum spiritus adducunt, et ceterarum rerum attractionem habent imbecillem. Juvenes autem, et qui aetate constanti sunt, in affectum hunc non frequenter incidunt, sed ad sanitatem difficilius perducuntur: neque enim levi de causa, neque ex parva inflammatione aegrotaverint; porro cum magnā subest causa, majus etiam imminet periculum. Pueri ex omnibus minime *Pleuritide* corripiuntur, et ex ea rarissime etiam obeunt: quia corpora illis rara, et humores fluxi sunt, in iisque perspiratio atque exhalatio multa est: unde fit, ut in illis vix magna contrahatur inflammatio; ea est hujus aetatis in affectu hoc felicitas.

ARE-

Digitized by Google

ARETAEI
CAPPADOCIS,
DE
CAUSIS ET SIGNIS
ACUTORUM
MORBORUM.

LIBER SECUNDUS.

Digitized by Google

De Peripneumonia. Cap. I.
De Rejectione Sanguinis. II.
De Syncope. III.
De Causis. IV.
De Cholera. V.
De Ileo. VI.
De Jocinoris acutis affectibus. VII.
De Venae Cavae acuto affectu. VIII.
De Renum acutis affectibus. IX.
De Vesicae acutis affectibus. X.
De Hysterica suffocatione. XI.
De Satyriasi. XII.

DE

Digitized by Google

DE PERIPNEUMONIA.

Cap. I.

Duabus praecipue rebus, alimento, atque *ſpiritu* tenetur animantium vita; ex his autem longe plurimum praestat *ſpiritus:* is si comprimatur, homo non diu permanet, ſed repente moritur *(a)*, hujus instrumenta complura ſunt; initium nares: transitus fit per aſperam arteriam: locus continens pulmo est: pectus autem pulmonis vallum est, ac receptaculum. Sed ceterae quidem partes, tanquam instrumenta duntaxat, homini inſerviunt; pulmo ſolus cauſam etiam attractionis in ſe continet; nam in ipsius medio cor, viſcus calidum jacet, quod reſpirationis, vitaeque prin-

Spirandi inſtrumenta.

(a) Hippoc. de flatibus: et ex eo Cicero de nat. Deor. L. 2.

Digitized by Google

principium est; illud etiam frigidi aëris attrahendi desiderium pulmoni injicit, siquidem eum incendit: cor autem est id quod attrahit. Itaque si cor afficitur, mors non longe abest.

Peripneumoniae signa.

Sed si pulmo tentetur, idque levi de causa fiat, adest spirandi difficultas: vita misera diu protrahitur, nisi siquis medicinam adhibere curet. Verum in affectu gravi, qualis inflammatio est, adest strangulatus, vocis, animaeque interclusio, et celerrima pernicies. Hic ille morbus est, quam *Peripneumoniam* vocamus, quae pulmonis inflammatio est, cum acuta febre: in qua pectoris subest gravitas, sed quae dolore vacat, si solus inflammetur pulmo. Is enim naturaliter doloris expers est, quoniam illius substantiae raritas quaedam inest lanae assimilis; arteriae vero per eum diffeminantur asperae, cartilaginosae, eaeque etiam doloris immunes; musculos nusquam, nervos tantum exiguos habet atque tenues, qui

Digitized by Google

qui motui ipsius inſerviunt; et haec quidem vera cauſa est, cur dolorem pulmo non percipiat. Sed si membrana quaevis ex iis, per quas pulmo pectori adnectitur, cum eo inflammetur, accedit etiam dolor. Spiritus gravis est, ac fervidus; ut facilius ſpirent, aegri recto corpore residere cupiunt, qui habitus est ad eam rem aptiſsimus: facies rubet, et in ea praeſertim malae: quod ex oculis album est, humidiſsimum et pingue apparet: acumen nasi simum fit: venae in temporibus et cervice elatae ſunt: cibi fastidium. Pulſus in initio mali magnus, vacuus, creberrimus, quasi compreſsus; calor in exterioribus partibus obſcurus et humidior: in interioribus autem aridus, fervidiſsimus; ex quo ſpiritus incaleſcit, sitis fit, et linguae siccitas, et frigidi aëris desiderium, et animi molestia: accedit etiam tuſsis, quae plerumque sicca est, vel si quicquam exſcreetur, pituita prodit, aut ſpumans, aut bile ſaturata, vel cruenta, et coloris floridiſsimi; at-

Digitized by Google

qui cruentum id ceteris generibus magis pernicioſum est.

Mala ſigna. Quod si morbus ad exitium inclinet, vigilia ſequitur, ſomnusque parvus fit et ſegnis, comatique similis: vanas imagines accipiunt: animus desipit, ſed non violenter admodum perturbatur: malorum praeſentium ignari ſunt; itaque si eos, quemadmodum ſe habeant, roges, nihil grave pati ſe agnoſcunt; extremae corporis partes frigent; ungues lividi et adunci *(b)* fiunt, pulſus parvus, creberrimus, deficiens: jamque in propinquo mors est; ſeptimo autem die plerumque obeunt.

Bona ſigna. At si relevetur malum, et in melius vertatur, vel larga ſanguinis e naribus profusio erumpit, vel sicuti

(b) Magnam hujus Capitis partem fere ad verbum exſcripſit *Aëtius* (L. 8. c. 75.) ſuppreſſo tamen *Aretaei* nomine. Vide notas in hujusce loci varias Lectiones.

Digitized by Google

uti per corpus magna humorum vis ex facili fluat, alvus multis biliosis ac spumantibus dejectionibus perturbatur, ut eae ex pulmonibus in imum ventrem depulsae videantur; nonnullis etiam malum per urinam educitur, quibuscunque vero haec omnia eveniunt, hi celerrime sublevantur.

Suppuratio.

Quibusdam pus multum in pulmonibus coit, aut illuc ex latere morbi fit translatio, si multo melius cedat res, et si ad intestina, vel ad vesicam, pus ex latere derivetur, *Peripneumonia* statim liberantur: sed in latere ulcus diuturnum habent, quod sanescit tamen. At si pus impetum faciat in pulmones, alii conferta ejus effusione, alii rejectionis impotentia, suffocantur. Quotquot autem strangulationis periculum ex abscesus eruptione evadunt, multa in pulmonibus habent ulcera, et in *Phthisim* decidunt. Atqui ex abscesibus, et *Phthisi*, senes raro admodum convalescunt; ex *Peripneu-*

Digitized by Google

monia vero, juvenes, et qui aetate consistunt.

DE REJECTIONE SANGUINIS.

Cap. II.

Sputum sanguinis.

Profluvii sanguinis per os duae sunt species. Altera fit ex ore et capite, et iis, quae circa sunt vasculis: cujus via est palatum, et fauces, ubi stomachi etiam et asperae arteriae principium est; cum exscreatione autem, et citatione tussi in os eructatur sanguis. *Emptysis*, sive *sputum sanguinis* vocatur, quemadmodum etiam, ubi ex ore solo fluxio est, neque ulla adest exscreatio. Vel si sanguis majore copia, sive guttatim, sive confertim, vel a capite, vel ab ore profluat, nondum *Anagoge*, sive *sanguinis rejectio*, sed, sic-

Digitized by Google

sicut prior affectus, appellatur, vel *Phthisis*, vel *Haemorrhagia*.

At si ex internis partibus a pectore, quaeque in eo sunt, visceribus, ut pulmonibus, aspera arteria, locisque spinae finitimis, ascendat, hujusmodi profluvium non *Phthisis*, sed *Anagoge* vocatur, ideo quod sanguis per superiores vias feratur. Rejectio sanguinis.

Communia utrique signa aliqua sunt, levia et pauca, quemadmodum etiam locus, in quem *rejectio* et *sputum* conveniunt; alia vero, singulis propria, magna sunt, et multa, et notatu digna, ex quibus utraque species facile internosci queat. Itaque si sanguis ex *Capite* feratur, ubi magna est profusio, plures adsunt, et majores notae: quae in minori *sputo* minores etiam eveniunt, gravitas, dolorque urget: accedit aurium tinnitus, faciei rubor, venarum distentio, vertigo, et haec praecessit evidens aliqua causa, vel ictus, vel frigus, vel aestus, vel nimius vini usus; Profluvii sanguinis ex Capite signa.

Digitized by Google

uſus; vinum enim caput repente implet, et repente deplet etiam per vaſculum aliquod disruptum: ſed ex modica tantum violentia, *ſputum ſanguinis* ex venae rarefactione ſequitur; interdum usitatus ſanguinis e naribus curſus sistitur, et ad palatum converſus *Rejectionis* ſpeciem praebet. Itaque ſi a Capite fluat, palati titillatio est, exſcreatio frequens, postquam *ſputum* confertim prorumpit: ad tuſsiendum irritantur, neque tamen valde tuſsiunt. Quod ſi in aſperam arteriam a palato defluat, in hoc caſu ſanguinem per tuſsim egerunt: quae res multos ita fefellit, ut eum ex inferioribus viſceribus rejectum ſuſpicati sint. Nonnunquam a Capite in stomachum destillat, et postea cum nauſea evomitur; hic etiam ſubest fraus, adeo ut ex stomacho ferri videatur. Porro ſanguis, qui per *ſputum* educitur, non valde craſsus est, ſed colore ater, laevis, aequalis, alii materiae non permixtus: nam ſcreantibus in linguam illico rotundus incidit, et

ſo-

Digitized by Google

ſolutu facilis; et si palatum inſpicias, id aſperum et exulceratum videbis, et plerumque ſubcruentum. Medicina vero simplex et exigua ſufficiet, medicamenta ſcilicet adstringentia, et ea frigida, palato admota; etenim ista, quae calefaciendi, et relaxandi, dilatandique habent vim, fluxionem magis incitant. Et ita quidem de *ſputo ſanguinis a Capite* oportet conjicere. Sub quo Caput vel per venae ſectionem, vel per miſsionem ſanguinis e naribus, vel per aliam aliquam viam evacuetur; et haec quam maturrime fiant: nam si ſanguis diutius profluat, is ferri jam aſuescet, eaeque partes ex conſuetudine ſanguinem excipient: aſpera etiam exulcerabitur arteria, et pro exſcreatione ſuccedet tuſsis, et ex eo loco profusio fieri jam incipiet *(c)*. At

(c) Haec omnia de profluvio e *Capite*, niſi quod dialectum immutaverit, et elegantes aliquas voces deterius expreſſerit, celato tamen *Aretaei* nomine, exſcripſit Aetius L. 8. c. 56.

Digitized by Google

Rejectio e singulis visceribus, et periculi differentia.

At ex pectore, inferioribusque viſceribus ſanguinis effusio vocatur *Anagoge*, et ea valde mortifera est, ſi ex nobilis alicujus viſceris ruptione contigerit, vel *venae cavae*, quae cordi inſeritur, et a jocinore ſanguinem distribuit, vel *Arteriae istius craſsae*, quae ſecundum dorsi ſpinam protenditur; nam ſanguinis profluvio, perinde ac si jugulentur homines, aut strangulentur, citiſsime intereunt. Quibuscunque autem ex *Pulmone*, vel *Costa*, vel *aſpera Arteria* fertur, minus celeriter obeunt, ſed *ſuppurati* tamen fiunt, et in *Phthisin* decidunt; ex his minus periculi id genus habet, quod ex *aſpera* fit *Arteria*. At si qui a *Stomacho* aut *Ventriculo* ſanguinem evomunt, ii neque in magno diſcrimine verſantur, licet ingens sit profluvium: neque curatio longa est, aut varia. At a *Jocinore*, et *Liene*, id neque facile, neque continenter fit, quoniam ex his in ventriculum ac intestina expeditior fluxio est: neque tamen fieri nequit, nec incredibile est, ut ſanguis transitum

Digitized by Google

itum sibi sursum aperire possit per pulmones atque asperam arteriam; quoniam in febribus cruor ex ea nare prorumpit; quae cum affecto viscere in directum jacet. *Locos* jam, ex quibus fit profluvium, quaeque in iis vel periculi, vel mortis sint discrimina, hactenus expositimus.

Modi vero tres sunt; sanguis enim sursum exit, vel *rupto* aliquo vase, vel *exeso*, vel *rarefacto*. Ea subito *rumpi* solent, vel ex ictu, vel ex contentione in ferendo tollendove onere, vel ex saltu ab edito loco, vel clamore, vel vehementi iracundia; vel alia quavis simili causa; et sanguinis statim copia in asperam arteriam effunditur. Ex Vasis ruptione.

Si *erosa* parte fit, interrogare oportet, numnam hominem antea, vel tussis, vel spirandi difficultas, vel nausea, vel vomitus exercuerit; etenim in diutinis his affectibus, continua, multaque, et acri fluxione vasa exeduntur: nam cum valde con- Ex erosione.

sum-

Digitized by Google

sumtae extenuataeque, tandem erosae fuerint ambientes vaforum membranulae, ea sanguinem effundunt.

Ex rarefactione. At cum vasa *rarefacta* sunt, non *rumpuntur* etiam; quamobrem neque multus, neque crassus sanguis, neque is confertim effluit; perque vasorum *rarefactionem* tenuis tantum illius pars excernitur; sed si multum in cavo quovis loco collectum postea effundatur, crassior quidem, quam ex natura, fit, neque tamen valde crassus, neque niger, sicut grumi, copiosior autem, quippe qui in unum locum sit congestus. Genus hoc repentinum effusionis feminis plerumque contingit, quae per menstrua non purgantur: et in iisdem purgationis menstruae circuitibus apparet, in iisdemque cessationis temporibus sistitur: ac nisi mulieri succurratur, per multos circuitus, purgationis illius vice revertetur; quibusdam feminis vasa etiam disrumpuntur.

Inter-

Digitized by Google

Interest etiam, an magna copia, et utrum *e vena*, vel *arteria* sanguis exeat. Si e *vena;* niger est, et crassus, et facile concrescit, minusque periculi intentat, citiusque supprimitur. Si ex *arteria;* flavus est, et tenuis, neque facile concrescit, majusque discrimen imminet, isque aegre supprimi potest; quoniam arteriae pulsus sanguinem propellunt, et ob frequentem ejus motum orae vulneris non committuntur. E vena, aut arteria.

Ceterum curatio mali, quod ab *erosione* nascitur, et longa est, et difficilis, et periculi plena, quia propter defectum partis, quae exesa est, ulcus ad contactum non perducitur: id enim non vulnus jam, sed ulcus efficitur. At cum vas *ruptum* sit, ejusdem conjunctio magis in promptu est, quia labia vulneris se invicem contingunt; in hoc itaque casu secunda, quoad periculum differentia est. Nam in vasorum *rarefactione* minimus subest timor: quia sanguis sponte supprimitur, et astri- Periculi in his modis differentia.

Digitized by Google

ctio cum refrigeratione ad medelam sufficit.

Indicandi jam sunt *loci*, ex quibus profluvium; quoniam iis complura signa sunt communia, et facile quispiam decipi potest, et curatio differt. Itaque a *stomacho* per *rarefactionem* sanguis vix erumpit, quia ciborum potionumque refrigeratio et astrictio partes has condensat. Neque vero *erosiones* frequenter, minus etiam, quam *rarefactio*, huic incidere solent, quoniam acres et erodentes fluxiones non multum temporis ei inhaerent, sed vel exspuuntur, vel per inferiora depelluntur. *Stomacho* usitatior est *ruptio*; verum siquid hic rumpatur, non aeque magna, ac a pectore subsequuntur sanguinis profluvia: tenues enim illic venulae, et minutae sunt arteriae. *Sanguis* autem coloris non valde nigri est, subflavus, non saturate tinctus, laevis, aut salivae permixtus, cum nausea vomituque effluens. Levis tussicula est, interdum aliquid

Profluvium e stomacho

emo-

Digitized by Google

emoliens, interdum nihil ſecum trahens; etenim una laborat aſpera arteria, stomacho praetenta, eique adhaereſcens. Inter devorandum ulceris vel morſus, vel adstrictio, multò autem magis, si ea, quae deglutiuntur, valde frigida, vel calida vel acerba sint *(d)*. Inhaeret etiam stomachi dolor, qui nonnullis usque ad dorſum pertingit: pituitae vomitus, et, si morbus in vetustatem incidat, et increſcat cibi fastidium, pituitoſa multa effundunt: febres non continuae, ſed vagae.

(d) Haec ſimiliter exſcripſit *Aëtius* (Lib. 8. c. 56.) Et ſane totum illud *Aëtii* caput ex *Galeno* (de loc. affect. L. 8. c. 7.) et *Aretaeo*, et quidem potiſſimum ex hoc licet Galeni tantum facta ſit mentio, contextum eſt. Id etiam adverti poteſt, quod neque *Galenus*, neque *Aretaeus*, quidvis alter ab altero de hac re mutuatus ſit.

Digitized by Google

E ventriculo. At a *ventriculo* niger concretusque sanguis evomitur, licet ex arteria fluxerit: si ex vena, multo nigrior concretiorque, multa nausea, pituitaeque, et bilis vomitus: si homo non multo ante comederit, cibo sanguis permixtus effunditur; nam in eodem loco cibus sanguisque congregantur; eructatio frequens et odoris foedi. Quod si multa intus coierit materia, sequitur molestia, et vertigo: eadem si evomatur, relevantur quidem, languent tamen, penitusque exaestuant, iisque assidue dolet ventriculus.

Ex aspera arteria. Ceterum ab *aspera arteria* paucus sanguis, isque coloris flavissimi, cum tussi expellitur: qui nisi extundatur, continenter tussiunt; accedit etiam, paululum infra vel supra guttur, doloris sensus: vox rauca, et obscura. Quod si profluvium fiat a *pulmone*, exesa praesertim parte confertim effunditur, et cum vehemente tussi sanguis exit saturate flavus, spumans, rotundus, ita ut alia

E pulmone.

ab

Digitized by Google

ab alia differat rejectio; quoniam eorum, quae de pectore exeunt, etiam in communi vaſe corruptio diverſa est; et ex iis, quae tanquam ex appositione permiſcentur, ſeparare quaedam poſsis, quae pectoris partes eſse videantur; alia vero, quae quasi carnoſa ſunt, pulmonis eſse partem existimes, adest pectoris gravitas sine dolore, et in his praecipue facies valde rubet.

Si ex *pectore* fit profusio, dolor anterius juxta os pectoris, ruptae partis indicium est: tuſsis fit aſsidua, vix quicquam trahens: ſanguis autem non admodum flavus, modicae craſsitudinis, sine ſpuma; at si in ejus transitu per conſenſum afficiatur pulmo, aliquid ab eo ſpumae communicatur: quoniam ex pectore in aſperam arteriam via per pulmonem est. E pectore.

At ex *latere* ſanguis cum tuſsi fertur, niger, laevis, foedi odoris virosique, qualis ex putrefactis re- Ex latere.

Digitized by Google

bus exhalat; lateris acutus dolor, multique *Pleuriticorum* more cum febre moriuntur.

causae. Hos affectus infert humida et calida tempestas, quale est humidum calidumque ver: post hoc, aestas: minus autumnus: hyemsque minime. Aestate per sanguinis profusionem maxime intereunt; quoniam eo tempore inflammationes maximae oriuntur; vere proxime, ex inflammationibus, febribusque ardentibus; autumno autem *Phthises* praecipue oriuntur.

Utque summatim loquar, in omni *sanguinis rejectione*, licet parva sit, ruptaeque licet partes jam coierint, sequitur animi demissio, vitaeque maxima desperatio; quis enim ita constantis animi est, ut seipsum quasi jugulari sentiat, neque mortem pertimescat? Siquidem animalia quoque maxima ac fortissima, quales tauri sunt, sanguinis profusione celerrime moriuntur. Verum haec qui-

Digitized by Google

quidem res non ita mira est; illud autem maxime admirabile: quod in eo tantum casu, ubi sanguis ex *pulmone* fertur, qui affectus omnium est gravissmus, aegri, etiam cum ad ultima ventum sit, de se non desperent. Mihi quidem hujus rei videtur esse causa, quod pulmo dolorem non sentit; nam vel in exiguo dolore laborantes mortem horrescunt et plerique magis exterrentur, quam laeduntur: contra, cum in maximis affectibus dolor abest, nullus etiam mortis subest timor, et id mali magis pernicioſum est, quam terrificum.

DE
SYNCOPE.

Cap. III.

Recte Medicus atque vulgus, recte plane hunc affectum nominarunt; etenim nomen mali est, quod celeri- Syncope cordis Affectus.

Digitized by Google

rime occidit. Ecquid enim *Syncopes* vi majus celeriusve est? ecquodnam aliud nomen hujusce rei possit esse significantius? Quaenam vero pars magis quam cor ad vitam mortemque confert? Neque enim *Sycopen affectum* esse *cordis* incredibile videtur, aut vitalis in eo facultatis detrimentum: tanta mortis est celeritas, talisque species. Hic quippe morbus vinculorum quaedam dissolutio est, quibus facultas continetur vitalis: et humanae constitutioni plane adversarius; nam cum eam tenaciter arripuerit, non dimittit, quoad hominem dissolverit. Quid mirum? siquidem alii graves affectus certis quibusdam partibus, quibus innascuntur, proprii sunt, easque solas attingunt; *Bubones* pestiferi iique pessimi moris; ex jecinore, neque ex alia quavis parte, oriuntur; nervis *Tetanus* est proprius, *Epilepsia* capiti; ita *Syncope cordis vitaeque morbus* est. Quicunque vero hunc esse stomachi affectum existimant, quia cibo vinoque, quibusdam etiam

fri-

Digitized by Google

frigida, vires auctae, malumque sit depulsum, mihi quidem eodem jure *Phrenitidem* morbum esse capillorum cutisque capitis videntur arbitrari posse, qui detondendis profundendisque crinibus relevantur *Phrenitici*. Verum enim vero stomachi vicinia cordis plurimum interest, quippe ex quo cor tam utilia, quam noxia sibi attrahat. Siquidem aërem etiam per pulmones, respirationis gratia, cor adducit: neque tamen ex aequo principio pulmones spirandi facultate potiuntur. Etenim haud instrumentis inest vis, sed illic, ubi vitae atque roboris principium est; porro stomachus nec vitae principium est, nec sedes. Potest quidem fieri, ut per imbecillitatem ejus quispiam laedatur: quemadmodum cibi, qui cordi noxii sunt, non stomacho ipsi, sed per eum cordi officiunt; siquidem, qui ex his intereunt, cordis affecti notas habent, pulsum exiguum, imbecillem, cordis palpitationem cum subsultu vehementi: accedit vertigo, animae defectus, membrorum torpor

Digitized by Google

ac refolutio, ingens neque cohibendus fudor, totius corporis frigus, fenfus, vocisque privatio. Haeccine vero stomachus patiatur? huic quidem affectus proprii funt naufea, vomitus, cibi faftidium, fingultus, eructatio, et ea nonnunquam acida. Ii vero, qui corde laborant, fenfus habent etiam acutiores, ita ut melius, quam antea, et audiant, et videant: mente quoque conftantiori, puriorique anima praediti funt, idque non modo in praefentibus negotiis, fed etiam ut futura verifime declarent. Hae certe non stomachi, fed cordis facultates funt, ubi et anima, et natura ejus locatur *(e)*, ubi

(e) Eadem, de *Cordis* facultate, *Archigenis* fententia eft, quam impugnat Galenus (de Loc. affect. L. 1. c. 1). *Veterum* autem opiniones de *loco* in *Cardiacis patiente* adducit Coelius; (acut. morb. L. 2. c. 34.) difcriminis vero notas inter animi defectionem ex ftomacho et affectum *cardiacum* exponit (c. 35.)

Digitized by Google

ubi etiam eaedem facultates morbo afficiuntur.

Ceterum hic affectus virium naturae diſsolutio est, ejusque cauſa frigiditas cum humiditate; nam et intra et extra calore vacant, neque sitiunt, et ſpiritum emittunt frigidum, magnis licet atque *ardentibus* afflictati fuerint febribus, a quibus *Syncope* ſucceenditur. Nam cum natura et valens, et recte temperata est, omnibus dominatur atque imperat, et humoribus, et *Spiritui*, et ſolidis partibus, perque convenientem horum ordinem et modum vitam hominis administrat; at si naturae vinculum, id est vis, ſoluta fuerit, tunc affectus ille naſcitur. Huic initium praebet *Cauſus*, (sive febris ardens), qui hujusmodi est.

DE

Digitized by Google

DE CAUSIS SIVE FEBRIBUS ARDENTIBUS.

Cap. IV.

Caus. Signa. Fervor ubique acer atque tenuis, in interioribus praesertim partibus: spiritus, velut ex igne, torridus: ingens aëris adductio, ejusdemque frigidi desiderium: linguae, itemque labiorum, et cutis siccitas: extremae partes frigent: urina bile saturata: vigiliae, pulsus creber, exiguus, languidus: oculi lucentes, splendidi, subrubri: bonus faciei color.

Incrementum. Quod si malum increscat, majora et pejora fiunt omnia; pulsus minimus, et creberrimus: calor siccissimus acerrimusque: mens desipit: omnium rerum ignari sunt; siticulo-

Digitized by Google

losi: omnia frigida attrectare cupiunt, parietem, vestem, pavimentum, humorem: manus frigent, sed earum palmae vehementer incalescunt: ungues lividi, respiratio frequens, roscidus quidam humor circa frontem et jugula.

Syncope.

At si ad ultimam ariditatem et calorem pervenerit natura, calor in frigus, siccitasque in humiditatem convertitur; quoniam extrema rerum incrementa in contrarium statum solent transire. Itaque cum soluta fuerint naturae vincula, haec est *Syncope:* tum per universum corpus non supprimendus sudor prorumpit: respirâtio frigida, plurimus circa nares vapor; siti ardent, etenim tum omnes aliae partes, tum praecipue ipsa sitis instrumenta, os scilicet atque stomachus, exaruerunt: urina tenuis, aquosa: alvus plerumque sicca est, sed quibusdam pauca, biliosa excernit; multus redundat humor: quin etiam ossa dissolvuntur atque diffluunt: ex omni parte, sicut

Digitized by Google

ut in flumine, extra fit effusio. Animus constans rursus efficitur: puri sensus omnes, ingenium subtile, mens fatidica; quo fit, ut imprimis vitae suae finem adesse praesentiant; deinde astantibus futura praedicant; sunt quidem nonnulli, qui eos aliena loqui arbitrantur, sed cum praedicta evenerint, homines admiratione obstupescunt. Alii cum quibusdam defunctis etiam colloquuntur *(f)*, quos praesentes ipsi fortasse soli prae tenui puroque sensu aspiciunt: aut forte ipsorum animo viros, quibuscum versaturi sunt, praenoscente atque declarante. Is quippe erat antea in humorum illuvie, et caligine demersus: postquam autem ista morbus exhauserit, tenebrasque dispulerit ab oculis, quae gerantur in aëre, enarrant, mentemque quasi nu-

(f) *Coelius Prenitici* signum esse dicit, cum homo loquatur, tanquam visis, et non solum non visis, sed etiam mortuis. (Acut. morb. L. 1. c. 3).

Digitized by Google

nudam habentes veraciſsimi vates evadunt.

Quicunque vero ad istam humorum animique tenuitatem pervenerint, vix ſuperſunt, quia facultas eorum vitalis jam in auras evanuerit.

DE CHOLERA.

Cap. V.

Cholerae ſigna.

Cholera materiae recurſus est ex univerſo corpore in stomachum, et ventriculum, et intestina: malum acutiſsimum. Ea quidem, quae in stomacho congesta fuerint, ſupra per vomitum erumpunt; per inferiores autem vias, humores in ventriculo et intestinis collecti exeunt. Quae primo evomuntur, aquoſa ſunt: stercora venter excernit liquida et odoris foedi: nam affectus hic ex aſsidua cruditate naſcitur, ubi ista eluuntur, pi-

Digitized by Google

pituitosa prodeunt, ac deinde biliosa. In initio haec facile ac sine dolore redduntur; postea vero, cum stomachi intentione, ac ventris torminibus.

Incrementum. Si morbus increscat, graviora fiunt tormina, defectus animae, membrorum resolutio, anxietas, cibi fastidium: vel si quid assumant, bilis saturate flava cum multo sonitu ac nausea per vomitum erumpit. Similes etiam dejectiones sunt; accedunt nervorum distentiones: crurum, brachiorumque musculi contrahuntur: digiti incurvantur: vertigo fit et singultus: frigus oboritur, et extremae praesertim partes algent, totumque corpus inhorrescit.

Mortis signa. Si pernicies in propinquo est, sudoribus aeger diffluit: atra bilis sursum et deorsum effunditur: urinae parum redditur, tum quia convulsionibus prematur vesica, tum quia haud multum urinae colligat, propter humorum ad intestina derivatio-

Digitized by Google

tionem; vox intercidit: pulsus exiguus, et creberrimus, qualis in *Syncope:* vomendi conatus assidui, et inanes: dejiciendi, sicut in *Tenesmo*, cupiditas, sicca tamen, neque humoris quicquam excernens. Mors doloribus plenissima ac miserrima, quae convulsionibus, et strangulatione, et inani vomitu infertur.

Quos et quando Cholera invadat.

Aestate hic affectus praecipue nascitur, postea autumno, vere rarius, atque hyeme rarissime. Ex aetatibus, eidem opportuni sunt juvenes, quique aetate consistunt: senectus minime: pueri maxime, sed extra mortis periculum.

Digitized by Google

DE ILEO SIVE VOLVULO.

Cap. VI.

Ilei definitio.

In intestinis excitatur inflammatio dolorem movens pernicioſum; multi quippe ex vehementia torminum intereunt. Intus etiam ſpiritus (g) qui-

(g) Ita *Hippocrates*, Aliarum, inquit, aegritudinum, quales ſunt *volvuli*, aut inteſtinorum convolutiones, aut tormina, a *flatibus* cauſam dependere cuivis eſſe manifeſtum exiſtimo. Horum enim omnium ſpiritus (τὸ πνεύματος) trajectio cauſa eſt. Hic enim ubi ad loca tenera, inaſſueta, nec prius attacta incubuit, ad inſtar ſpiculi infixi carnes ſubit. Eam ſane ob cauſam, etiam foris adhibitis calidis fomentis, dolorem lenire conantur; rarefacta enim cute

Digitized by Google

quidam naſcitur frigidus, ac iners, qui nec per ſuperiora, nec per inferiora facile transmitti potest: ſed per ſuperiorum intestinorum sinus convolutus plerumque inhaeret; quam ob cauſam *Ilei* sive *volvuli* nomen obtinuit. At, si ad tormina compreſsio intestinorum et mollities acceſserit, multumque ima pars ventris exstet, χόρδαψος *(h)* appellatur; quia ἔψησις, (id est elixatio) idem quod μάλθαξις, id est mollities, significat, χορδὴ vero nomen intestinorum est; ita *Meſenterium* nervos ſcilicet, atque vaſa membranasque, quae in medio intestinorum jacent, et ea ſuſpendunt, ἐπιχορδίδα veteres dixerunt. Chordapſi definitio.

Ilei cauſa est aſsidua multorum, variorumque et inusitatorum ciborum cor- Ilei cauſae: eique opportuna tempora, et aetates.

cute per fomenti calorem *ſpiritus* extra corpus pervadit, ac proinde dolorem quies quaedam conſequitur. (L. de flatibus).

(h) Vid. χόρδαψος in Lexic.

Digitized by Google

corruptio, et alia post aliam cruditas, praecipue ab esu earum rerum, quae *Ileum* excitare consuerunt, quale Sepiarum atramentum est. Idem etiam exspectari potest ab ictu vel frigore, vel larga atque avida inter sudandum frigida potione. Iis etiam inferiora solent inflammari intestina, quibus intestinum cum stercore in scrotum procidit, neque in ventrem repulsum est, sed eo violenter protrusum. Usitatus etiam pueris est affectus, quippe quos cruditas multum infestet: sed ii evadunt, tum propter consuetudinem, tum ob intestinorum humiditatem, quae illi habent lubrica; *Ileo* senes non saepe tentantur, sed ex eo minime ad sanitatem perveniunt. Affectum hunc tempus aestivum magis, quam vernum parit: autumnus magis quam hyems: utrisque autem multo frequentius aestas.

Multi itaque ex his torminibus repente intereunt. Quibusdam pus intus coit, deinde nigricans et putre-

Digitized by Google

trefactum excidit intestinum, atque ita perierunt. Si morbus sit mediocris, adest dolor convolvens se: humorum in stomacho redundantia, resolutio et languor: eructationes vacuae, nihil relevantes: alvus flatibus submurmurat, quae usque ad sedem transeunt, ubi exitus iis intercluditur. Morbus mediocris.

Sin aegrum ex toto morbus occupet, omnia sursum, et *spiritus* et pituita, et bilis per vomitum erumpunt: pallidi sunt, ac per omne corpus frigidi: dolor vehemens: spiritus difficulter trahitur, urget sitis. Vehemens.

Quod si mors jam instet, sudor manat frigidus; urinae difficultas est, sedes adeo constricta est, ut ne tenuem quidem lamellam recipiat: stercoris vomitus: vocis interclusio, pulsus antea quidem rarus, et exiguus: sed instante morte minimus, creberrimus, deficiens. Haec uti- Mortis signa.

Digitized by Google

que, affectis tenuibus intestinis, contingunt *(i)*.

Colon eodem modo affectum.

Iidem etiam morbi *colo* incidunt, et eaedem notae sunt, eademque mali ſpecies. Horum aliqui evadunt, ſi in colo excitetur *ſuppuratio;* cujus rei cauſa est, quod intestinum craſſum et carnoſum est. Ceterum affectis tenuibus intestinis, tenuis et acutus ſubest dolor; ubi vero *colon* laborat, plurima est humoris abundantia, et gravitas ei inhaeret: doloreque modo ad costas pertingit, ac *Pleuritidis* opinionem facit, siquidem in his etiam oritur febris; modo hic vel illic, ſub iis costis, quae *Nothae* vocantur, percipitur, ita ut jecur, aut lienis dolere videatur; rurſusque ad illa deſcendit; colon etenim intestinum praegrande est, et un-

(i) Haec omnia a principio capitis (omiſſa tantum *Ilei* cauſa e frigido ictu ſpiritu), ex *Archigene* ad verbum adducit Aëtius Tetrabib. 3. Serm. 1. c. 28.

Digitized by Google

undequaque fusum atque sinuatum, quibusdam dolor etiam *ossi sacro* infigitur, et femoribus, musculisque testiculorum, qui *Cremasteres* appellantur.

Porro qui dolore *Colico* tentantur, magis inani vomitu laborant, quodque effunditur, tenue et biliosum est, oleique simile. In hoc malo tanto, levius est periculum, quanto colon tenuibus intestinis, et carnosius est, et crassius, et noxae tolerantius.

DE JOCINORIS ACUTIS AFFECTIBUS.

Cap. VII.

Qui *Jocinore* laborant, quanquam non citius, quam *Cardiaci* majori tamen cum dolore moriuntur. Etenim De Jecore.

nim *maxima jecoris pars sanguinis quaedam concretio est.* At si in ejusdem *Portis* causa inciderit aliqua lethalis, aeque celeriter, ac *Cardiaci* consumuntur. Siquidem hae partes ex membranis, nervisque, tenuibus quidem illis, maximi tamen ad vitam momenti, atque ex venis grandibus contexuntur. Praeterea, ut *Philosophi (k)* quidam prodiderunt, huic loco *animae appetitus insidet.* Ex hoc viscere longe maxima fiunt sanguinis profluvia; *jecur* enim *venarum quaedam radicatio est (l):* in quibus, sicut neque in ullis aliis juxta partes nobiles, magna haud admodum frequenter excitatur inflammatio, quia priusquam haec contrahi possit, aeger interit. At exiguae inflammationes saepissime ibidem oriuntur: quo fit, ut mortem eva-

(k) Plato in Timaeo; ceteriique hujus Sectatores.

(l) Verba Hippocratis L. de aliment.

Digitized by Google

evadant, sed diutius aegrotent: quoniam *a procreando sanguine*, quod opus ad *jecur* pertinet, id nec quiescit unquam, nec moratur.

Quod si circa cor, et infra septum transversum, (ad quas partes sanguis inde amandatur), magna quavis de causa, vel ex ictu, vel ex assidua multorum et inutilium ciborum corruptione, vel ex ebrietate, vel ex violento frigore, et praesertim in ipsis etiam *jecoris portis* contrahatur inflammatio, mors ingruit celerrime. Fervor enim urget, in profundo latens, obscurus, acer; pulsus segnis: doloris varia et omnigena species, qui modo dextras partes ita transfodit, ut acutum illic telum infixum esse videatur: modo torminum similis: rursus cum ingentis cujusdam gravitatis sensu; inter dolores virium languor, vocisque suppressio. Septum transversum et membrana costas succingens deorsúm trahi percipiuntur, quia ab his partibus jecur suspenditur, atque ita illas onere suo

Jecoris inflammatio.

Digitized by Google

degravat; quapropter in jugulo, quod est e regione jecoris, vehemens sentitur dolor; tussis imperfecta, tussiendique tantum cupiditas, vel si ea forte expleatur, nihil humoris secum trahens: spiritus difficulter adducitur, quia septum transversum pulmoni non opitulatur, quod ei ad constrictionem ac dilatationem naturaliter inservit: paululum spiritus accipiunt, plus emittunt. Coloris sunt ex atro viridique permixti, et quasi plumbei; cibum fastidiunt, vel siquid assumant, praecordia iis inflantur: eructatio fit biliosa, acida, virosa, cum nausea, et inani intentione: venter solutus biliosa, viscida, pauca, plerumque dejicit. Mala assidue increscunt, mens, quanquam haud ita multum alienetur, segnis tamen fit et suspensa, et vana: corporis multus languor: extremorum frigus: tremores, horroresque: singultus inanis, convulsioni similis; *Icterici* fiunt, et per universum corpus sincera bile inficiuntur. *Regius* autem *morbus*, ante septimum diem

ex-

Digitized by Google

exortus, et alios quidem saepissime occidit *(m)*.

Quicunque vero, vel sanguinis profluvio, vel multis ac biliosis dejectionibus, vel urinae plurimae et sincerae effusione, mortem evadunt, his post tres septimanas *jecur ad suppurationem* tendit. Quod si longum adhuc tempus sine abscessu durent, in *Hydropem* insanabilem affectus desinit; siticulosi fiunt, parum tamen bibunt: corpus aridum est, et expers pinguedinis: acida expetunt, sed nullum gustu saporem percipiunt. Jecoris suppuratio.

Morbum hunc autumnus infert, cum nimia horariorum et variorum fructuum esca, et cruditate ex iis insequente. Qui aetate consistunt, eidem maxime sunt obnoxii.

DE

(m) Hippoc. Aph. 62. et 64. §. 4.

Digitized by Google

DE VENAE CAVAE ACUTO AFFECTU.

Cap. VIII.

Venae cavae descriptio.

A *Portis jecoris*, inter ejus extrema, vena lata procedit, quae, in tenues ac plures usque divisa, in totum denique jecur per venas adeo minutas distribuitur, ut eae visum effugiant. Harum summis osculis aliarum venarum extremitates committuntur, quae ex tenuibus pluribusque majores pauciores que fiunt, et in medio tandem jecore in venam unicam atque grandem coalescunt. Inde per divisionem duae factae ultra jecur pertinent. Harum altera, primam jecoris fibram sursum penetrans, in gibba ejus parte iterum emergit; et postea, septo transverso perforato, cordi inseritur; *Vena cava* haec vocatur. Altera, quinta et in-

Digitized by Google

inferiore jecoris fibra usque ad gibbam ejus partem trajecta juxta spinam exit, eique usque ad Coxas praetenditur; haec etiam *Vena cava* est: idem enim nomen obtinet, quoniam una, atque eadem vena est, initium sumens a jecore. Nam siquis velit, lamellam possit, et a superiore *Vena cava*, quae ad cor pertingit, in eam, quae juxta spinam serpit, rursusque a spina per jecur intra cor, transmittere; eadem enim via est.

Vena tota aegrotat.

Haec itaque *Vena*, ut ego arbitror, tota acutis et vehementibus morbis tentatur; etenim omnis una est, atque eadem. Quibusdam vero Medicis ea pars duntaxat, quae juxta spinam posita est, videtur affici, quia nullae notae evidentes subsunt, quae partem juxta cor laborare significent: nam intra pectus ea protenditur, nulli rei adhaerescens, sed ibidem suspensa, quoad septum transversum praetergressa cordi inseratur; quo fit, ut, siquid gravius malum *Venam* hanc pertentet, id ab ambienti pectore occultetur. Ce-

Digitized by Google

Cedmata in vena cava.

Ceterum in hac *Vena* oriuntur affectus, quae vocantur *Cedmata*; in quo casu sanguinis, ex ejus ruptione, profusio citissime mortem infert: is autem, si in pectore fiat ruptio, sursum per pulmonem, atque asperam arteriam effunditur; quod idem si juxta *venae* originem, in inferiori ventre, contingat, is intestinis continetur, ita ut ea repleat, ubi priusquam sanguis dejectus in conspectum prodeat, aegri moriuntur: at is erat interim venter plenus sanguine.

Venae cavae inflammatio.

Circa *venam* hanc nascitur etiam inflammatio, quae si magna sit, hominem celeriter interimit. Fervor enim acer et mordax, in utroque ventre conclusus, succenditur, qui in externis partibus ita parum emicat, ut tangenti mitis tantum calor subesse videatur: homo interim comburi se existimat; pulsus exiguus, creberrimus, quasi compressus, ac sese persequens: extremorum frigus: ingens sitis; oris siccitas: vultus decolor qui-

Digitized by Google

quidam rubor: totum corpus ſubricundum est: praecordia dura, ac ſurſum reducta; dolor magis in dextra parte urgens. *Venae* palpitatio est; ad ilia usque continuata: in quibusdam autem *arteriae*, etiam juxta ſpinam, quod a pulſu in altera praecordiorum parte significatur, nam *arteria*, juxta *venam* ad sinistrum latus posita, cum illa conſentit, utpote quae in omne corpus diducta neque ulli parti quicquam levamenti afferat, neque ipſam cutim emolliat; cutis enim sicca est, rugoſa, atque aſpera, in partibus praeſertim prominentibus atque oſſeis, ut in cubito, genibus, et digitorum articulis. Somni tumultuosi ſunt: venter aliis nihil reddit, aliis exiguum aliquid, acre, et bilioſum: urina flava, et mordax: mens conſtat quidem, ſed torpet: et corpus tabe conſumitur. Unde fit, ut quicunque hunc viderint morbi statum, *Cauſum*, sive *ardentem febrem* illum vocarint; et profecto ejus signa ad *Cauſorum* ſpeciem pertinent, et per

au-

Digitized by Google

autumnum affectus hic exoritur, juvenibusque et aetate consistentibus maxime lethifer est, qui ex mala victus ratione, et nimiis laboribus, tenuem sibi corporis habitum comparunt. Decimo quarto die plerumque moriuntur; quibus autem morbus in vetustatem incidit, intra duplex temporis ſpatium intereunt. Quibuscunque autem ex initio, vel parva fuerit, vel magna cito conquieverit inflammatio, mortem evadunt, ſed malo nondum liberantur: *Cauſo* enim diu laborant; decedunt quidem periculoſae notae, uti dolores, et praecordiorum distentio, et pulſus pravitas, et mentis torpor; remanet tamen faſtidium, et molestia; et anxietas: accedit ardor et sitis, et linguae orisque siccitas: ſpiritum longo magnoque tractu confertim accipiunt, quasi totum aërem refrigerandi ſui cauſa vellent adducere. Quod si frigidam quam plurimam affatim bibant, pauliſper relevantur; ſed sitis iis rurſus accenditur, rurſusque frigidam avide hauriunt; et eodem tenore

Digitized by Google

nore malum procedit. Et peritus Medicus, sicut in aliis *febribus ardentibus* satis tuto, ita tutius in *Causo*, qui ex *vena cava* oritur, frigidum liberaliter propinaverit. Et si aqua per alvum, aut vesicam transeat, vomitu non est opus; sin minus, ab epota multa frigida multum vomendum est; disrumperetur etenim homo, si tanta humoris hausta copia, nihil per sudores, vel urinam, aut alvum reddiderit.

DE RENUM ACUTIS AFFECTIBUS.

Cap. IX.

Renes reliquo corpori, quoad speciem ejus, non ita multum periculi inferunt, etiamsi acutissimis ipsi tententur malis: (etenim naturae glandulosae sunt) aegrum tamen facile De Renibus.

Digitized by Google

interimunt: quoniam horum actio apprime neceſsaria est, urinae ſcilicet a ſanguine ſeparatio, ejusdemque excretio.

Urinae ſuppreſſio.

Urinam vero ſupprimere potest, vel *Calculus*, vel oborta *inflammatio*, vel *grumi ſanguinis*, vel aliquid horum simile. Id ubi fit, reliqui corporis ſpecies nullo affectu, ex conſenſu, perturbatur; ſed ipſa per ſe urinae ſuppreſsio malorum omnium cauſa est. Adest enim fervor acer et molestus: dolor in lumbis juxta ſpinam gravis: partium praecipue circa praecordia, distentio: urina, non ex toto, ſupprimitur, ſed guttatim destillat, magnamque ejus effundendi copiam fit cupiditas; etenim redundantiae ſenſus est. Quod ſi urina acris etiam sit et mordax, accedunt frigora, et tremores, nervorumque convulsiones, praecordiorum distentio ac repletio. Affectus hic, ejusque ſenſus ei similis est, qui, a ciborum plurimorum corruptione, ventris inflationem facit. Pulſus in ini-

Digitized by Google

initio rarus ſegnisque: quando malum vehementius urget, parvus, creber, tumultuoſus, inordinatus; ſomnus tenuis, cum dolore, non continuus: nam e ſomno, perinde ac siquis eos pupugerit, proſiliunt, ac rurſus in ſoporem, tanquam laſſitudine confecti, devolvuntur; mentis non magna alienatio est, paululum tamen delirant; facies livet. Quod si mingendi cupiditas revertatur, non sine convulsionibus, et ingenti dolore, paululum, idque guttatim, exprimunt; id in praeſentia cruciatibus aliquid demit, qui postea rurſus increſcunt. Ex his, qui moriuntur, acutiſsime pereunt illi, quibus nihil excernitur, plures enim liberantur, vel calculo cum urina in vesicam delapſo, vel inflammatione in pus converſa, aut celeriter discuſsa. Nam si aliquantulum morbus remiſerit, ita ut urina facile transeat, mortem effugiunt, at eorum corpora longo temporis ſpatio conſumuntur. Ex his morbis aegri lecto non affiguntur, ſed tabidi tandem evadunt. Eadem

Digitized by Google

vero anni tempora, et regiones, et aetates, quae *Venae cavae* affectibus, his etiam malis patent. Ex Renibus aliquando prorumpit plurimus confertim sanguis, perque multos dies continenter fluit; nemo tamen ex hac profusione moritur, sed ex inflammatione, quae profusionem comitatur, si forte sanguis supprimitur, atqui ex suppressione, quam ingens inflammatio fecit, mors plerumque sequitur.

Profluvium sanguinis.

DE VESICAE ACUTIS AFFECTIBUS.

Cap. X.

De Vesica.

Vesica in acutis morbis non sine periculo afficitur, licet id per consensum cum aliis partibus fiat: sed dolores patitur multo magis graves ac lethales, si per se laborare coeperit;

Digitized by Google

rit; etenim mala ſua, per conſenſum, omni parti, et nervis, et menti facile communicat. *Vesica* quippe *nervus* est *frigidus albusque*, ab innato calore posita quam longiſsime, ad extremum vero frigus quam proxime: nam in imo ventre latens, magno a pectore distat intervallo; quin etiam munus ejus apprime neceſsarium est, urinae ſcilicet emiſsio.

Vesicae obſtructio aliique affectus acuti.

Haec itaque si *Calculis* tantum fuerit, aut *Grumis*, aut alia quavis, vel propria, vel aliena calamitate obstructa, perniciosum est. Nam in mulieribus ab utero, si is inflammetur, comprimitur: in viris, ab intestino ultimo, quod rectum, vel praelongum est. Haec ex involuntaria prae pudore in colloquiis conviviisque, urinae retentione ſaepenumero impletur, et eousque distenditur, ut per imbecillitatem ſe contrahere nequeat, et urinam emittere. Itaque cum haec ſupprimitur, ſequitur ſuperiorum partium, renum ſcilicet atque ureterum repletio ac distentio:

Digitized by Google

tio: lumborum dolor gravis: convulsio, tremor, horrorque: mentis alienatio. Verum si praeter haec, vel *ulcere*, vel *inflammatione* laboret, plurima accedunt etiam mala; sed ex *ulceribus* mors multo celerrime invadit. Atqui de *vesicae ulcere*, et *abscessu* et *suppuratione*; ceterisque non acutissimis morbis, in tractatu de diuturnis affectibus dicemus. Eorum vero, qui peracuti sunt, et intra decem dies, vel paulo citius seriusve, interimunt, qualis *inflammatio* est, et *grumi*, et *calculus* in vesicae cervicem delapsus, hoc in loco mentionem faciemus. Itaque si horum quippiam inciderit, urinae fit suppressio: tumor in abdomine: per totum ventrem acutus dolor: vesicae distentio: decimo die sudor frigidus: pituitae primo, ac deinde bilis vomitus: totius corporis, sed praecipue pedum, frigus. At si malum vehementius increscat, accedunt febres cum singultibus; pulsus inordinatus, creber, et exiguus: facies rubet: urget sitis: molestia et delirio, et ner-

vo-

Digitized by Google

vorum distentionibus infestantur. Epotis etiam venenis et *cantharidibus* et *Bupreste*, inflammari solet vesica; tunc autem cum majori violentia venter distenditur, in eoque omnes notae vehementiores sunt, neque longa mortis mora interponitur.

Profluvium sanguinis.

Vesica sanguinem aliquando effundit, eumque flavum, atque tenuem; sed ex hoc casu homines rarissime intereunt, quanquam sanguis non ex facili supprimatur. At ex grumis, et inflammatione, maximum imminet discrimen; etenim frigus, et mortificatio, et *Gangraenae*, ceteraque his supervenientia mala cito interimunt.

Tempora et aetates his opportunae.

Ex tempestatibus, hos affectus infert hyems, cum autumno. Ex aetatibus, ea quae constans est, et senectus adhuc magis. Per cetera vero tempora, reliquasque aetates, neque assidue oriuntur, neque valde lethales sunt. Ex omnibus pueri minime periclitantur.

Digitized by Google

DE HYSTERICA SUFFOCATIONE.

Cap. XI.

De Utero. In mediis feminarum ilibus jacet uterus, muliebre viſcus, vita poene animatum; ſiquidem per ſe movetur huc et illuc intra ilia: quin etiam, directa via ſurſum procedens, pectoris cartilaginem ſubit: et oblique etiam, vel dextrorſum, vel ſinistrorſum, aut ad jecur, aut ad intestina fertur: ad inferiora quoque prolabitur, utque in ſumma dicam, undequaque errabundus est. Porro jucundis odoribus delectatur, ad eosque propius accedere desiderat: graveolentes autem averſatur, atque refugit; atque omnino, uterus in muliere est, tanquam in animali aliud quoddam animal *(n)*. Hic

(n) His, de utero, ſimilia *Plato* habet, in Timaeo.

Digitized by Google

Hic itaque si repente ſuperiores partes petat, ac diutius ibi commoretur, et viſcera violenter comprimat, mulier interdum *Epilepticorum* more, ſed absque nervorum distentionibus, ſuffocatur; angustiis enim jecur, ſeptum transverſum, pulmones, et ipſum cor, celeriter opprimuntur: qua de cauſa ſpiritus interclusio cum imbecillitate adeſse videtur: praeterea arteriae *carotides* per confenſum cum corde constringuntur: unde capitis gravitas, et ſenſus privatio, cum novo quodam ſopore ſequitur. Uterina ſuffocatio.

Contingit etiam feminis alius quidam affectus, priori ſpecie non absimilis, ubi ſuffocatio est, et vocis interclusio, qui ab utero tamen non proficiſcitur: quippe qui viros etiam *Catochae (o)* more invadat. Porro Alius affectus, huic ſimilis.

(o) *Coelius* inquit, neque alius quisquam hanc paſſionem (*Catocham*, ſive *Cata-*

ic-

Digitized by Google

iis, quae ex uteri vitio laborant, ſuccurrunt odores foedi naribus admoti, ac bene olentium locis muliebribus applicatio: at in altero malo ista nihil proficiunt; in uteri morbo, moventur artus: in altero, motu prorſus destituuntur. Ad haec, in uterino affectu, tremores ſpontanei, et etiam involuntarii fiunt, ex abortu ſcilicet, et violentum uteri frigus, et copioſae ſanguinis profuſionis ſuppreſsio, quaeque alia his similia ſunt.

Suffocatio imminens.

Itaque si, utero ſurſum ſe movente, femina laborare coeperit, adest in obeundis negotiis ignavia, reſolutio, imbecillitas, genuum impotentia, vertigo, membrorum languor, ca-

---

lepſin) cognovit, uſque ad *Methodicorum* tempora. Nam ex noſtris primus *Magnus* ejus argumenta conſtituit, atque mox *Agathinus*, dehinc *Archigenes*, qui plurimum paſſionem a ceteris diſcernendo ſeparavit. (Acutor. morbor. Lib. 2. cap. 10).

Digitized by Google

capitis dolor atque gravitas: in venis item juxta nares utrinque positis ſentitur dolor.

At si mulier collabatur, in stomacho morſum quendam percipit: infra praecordia, in eo loco, ubi uteri ſedes est, vacua ſunt ilia: pulſus intermittens, inordinatus, et deficiens: violenta ſuffocatio: ſuppreſsio vocis, ſenſus privatio, ſpiritus trahi vix, aut ne vix quidem, percipitur. Celerrime obeunt; ſed ne tum quidem mortuae videntur; neque enim cadaverosi quicquam in aſpectu habent: etenim vividi coloris, et ad multam usque mortem magis rubicundae ſunt, quam in habitu naturali. Oculi paululum exstant, et ſplendidi ſunt; neque valde intenti, neque multum hac vel illac versi. Paroxysmus.

Quod si, priusquam ad extrema ventum sit, in ſedem ſuam revertatur uterus, *ſuffocatione* liberantur; alvus interim ſubmurmurat: mulierbres humeſcunt loci; ſpiritus evidentius, Remiſſio.

Digitized by Google

tius, etiam cum aliquo ſonitu adducitur. A morbo celerrime excitantur, quemadmodum etiam ex eo citiſsime intereunt; siquidem uterus ad ſuperiores partes facile fertur, et ab iis etiam facile recedit. Is enim humoris ſuperficiei innatat: humidae ſunt etiam, quibus ſuſtinetur, membranae: humidus etiam est, in quo jacet, locus; ad haec injucundorum fuga, et gratorum desiderio movetur, unde fit, ut, tanquam arboris ramus, huc et illuc agitetur, ſurſumque et deorſum fluctuet. Quapropter feminae juniores hoc affectu tentantur, ſed aetate provectiores eo vacant; nam quibus aetas et vita et mens est magis vaga, eae errabundum etiam habent uterum: natu vero grandioribus stabilis est, et aetas, et vita, et mens, et uterus *(p)*. Haec ex *utero ſuffocatio* mulieribus ſolis contingit.

Porro

(p) Quaedam, ex hoc capite, paſſim excerpſit *Aëtius* (Tetrabib. 4. Serm. 4. cap. 68).

Digitized by Google

Porro quaedam huic parti mala incidunt, quae cum viris communia habet, sicut *inflammatio*, et *sanguinis profluvium*: cum illis etiam communes habet notas, febres, pulsus defectum, frigus, suppressionem vocis. Atqui ex *sanguinis profusionibus* mors maturius sequitur, quippe quae hominem quasi jugulent. Alia Uteri mala.

DE SATYRIASI.

Cap. XII.

Satyri, *Baccho* sacri, in picturis, atque statuis, cum arrecto pene exprimuntur, quod Deorum istorum libidinis signum est. Est etiam morbi quoddam genus, quod laborantis pudenda arrigit; id *satyriasis* (q) dici- Satyriasis nomen.

(q) Aliorum Medicorum, excepto *Themisone*, nullum hanc passionem conscripsisse tradit *Coelius* acut. morb. L. 3. c. 18.

Digitized by Google

citur propter similitudinem, quam cum Deorum figura habet.

Est autem effraenata commiscendi corporis libido; sed venere nihil quicquam relevantur, neque multo assiduoque coitu minuitur arrectio. Adest nervorum omnium convulsio: tendines, inguina, et partes inter inguen ac femur distenduntur: pudendorum inflammatio est, ac dolor: in facie rubor inest, et humor quidam roscidus; silentes obambulant, tristes ac demissi, utpote ob mali turpitudinem dejecti. At si hominis verecundiam morbi vis exsuperet, linguam non continent, quin obscoena colloquantur, neque sibi temperare possunt, quin palam rem habere tentent; ita mente turbantur, ut indecora omnia perpetrent, neque ullo modo se se continere valeant. Siticulosi sunt: pituitam multam evomunt: labia eorum spuma obteguntur, sicut in hircis fit libidine aestuantibus, similem etiam his odorem exhalant. Urinam, post diuturnam ejus suppressionem, red-

Digitized by Google

reddunt, sed albam, crassam, seminique similem; alvus soluta est; laterum et alarum spontanei pruritus; convulsionibus vexantur; cibum fastidiunt, vel cum voracitate et tumultu rapiunt.

Signa exitiosa.

Quod si morbus ad exitium tendat, inflantur, et eorum venter in tumorem assurgit: tendines omnes atque musculi intenduntur: corpus aegre movetur: contrahuntur artus, pulsus parvus, debilis, inordinatus.

Morbi solutio.

Haec omnia interdum solvit alvus multis pituitosis biliosisque dejectionibus perturbata; similiter etiam vomitus. Periculo non vacat medela, quae per somnum longum et profundum quaeritur; siquidem multus somnus nervos refrigerat, et resolvit et stupefacit; torpor autem et frigus *satyriasi* medetur.

Quos et quando occupet.

Morbus vere et aestate praecipue nascitur. Ex aetatibus, adolescentulos, atque juvenes invadit, et praeser-

Digitized by Google

fertim illos, quibus est natura in venerem proclivis. Affectus acutissimus, atque turpis, qui plerumque intra septimum diem hominem consumit. Quidam tradunt feminas (r) etiam eodem implicari malo, iisdemque libidinis agitari furiis, ceteraque omnia pari modo perpeti. Ego sane lasciviam quandam humidis inesse feminis, ita ut multam humoris copiam effundant, persuasum habeo: verum *satyriasin* id esse minime concesserim. Neque enim ex natura in hoc malum propensae sunt, siquidem frigida earum est temperies; praeterea partibus, quas habet *Satyrus*, (unde nomen morbus traxit), ad arrectionem aptis destituuntur. Neque vero *hysterica suffocatione* laborant viri, quoniam uterum ii non habent.

ARE-

(r) Ita tradit *Coelius Aurelianus*, (acut. morb. L. 3. c. 18.) et *Soranus*, (Aët. Tetrabib. 4. Serm. 4. c. 82.) cujus scripta *Coelius*, ut ipse ait, latinizanda suscepit.

Digitized by Google

ARETAEI CAPPADOCIS, DE CAUSIS ET SIGNIS DIUTURNORUM MORBORUM.

LIBER PRIMUS.

Digitized by Google

De diuturnis Affectibus. Cap. I.
De Cephalaea. II.
De Scotomaticis. III.
De Epilepsia. IV.
De Melancholia. V.
De Mania. VI.
De Paralysi. VII.
De Phthysi. VIII.
De Empyicis. IX.
De Pulmonis Abscessibus. X.
De Asthmate. XI.
De Pneumode Affectis. XII.
De Jecoris Affectibus. XIII.
De Lienis Affectibus. XIV.
De Ictero. XV.
De Cachexia. XVI.

DE

Digitized by Google

DE DIUTURNIS AFFECTIBUS.

PROOEMIUM.

Cap. I.

Diuturnorum morborum dolor plurimus, tabeſcendi tempus longum, et incerta eſt curatio. Nam vel ex toto depelli nequeunt, vel propter levem errorem revertuntur. Laborantes enim in medela non ad ultimum perſeverare ſuſtinent, vel ſi in ea persistant, tamen in longa victus ratione delinquunt. Quod si ad haec dolore plena curatio acceſserit, per famem, ſitim, et amarorum medicaminum aſsumtionem: et praeterea adhibeantur cruciatus, vel incisionis, vel ustionis, quibus, in affectibus diuturnis, neceſsario utimur, hoc ita refugere ſolent aegri, ut mortem potius ſubire desiderent. Tum

Digitized by Google

vero in ferendis aegroti moribus, et in varianda medicina, et in gratis rebus ei citra noxam indulgendis, in eoque blande alloquendo, Medentis ars perſpicitur. Oportet autem, ut aeger ipſe fortis ſit, et cum Medico adverſus morbum conſpiret. Is enim quando corpus tenaciter occupaverit, non modo celeriter conſumit illud exeditque, verum etiam ſenſus ipſos pervertit, ipſamque animam in furorem agit per corporis impotentiam. Hujusmodi *inſaniam* et *Melancholiam* eſse animadvertimus, de quibus postea dicetur, in praeſentia de *Cephalaea* ſermonem faciemus.

DE

DE CEPHALAEA, SIVE DOLORE CAPITIS.

Cap. II.

Si caput leviter, temporaria quavis de cauſa doleat, licet per plures ita dies continuet, *Cephalalgia* dicitur. Verum si longo tempore maneat dolor, ac per diuturnos et frequentes circuitus redire jam aſsueſcat, et majora ſuperveniant mala, quaeque magis difficulter ad ſanitatem perducuntur, id genus *Cephalaeam* appellamus. Cephalalgia et cephalaea.

Species ejus complures ſunt. Quibusdam dolor est perpetuus, levis quidem ille, ſed nunquam intermittens. Nonnullis tanquam febris quotidiana, per circuitum, singulis diebus revertitur. Alios ab occaſu ſolis usque ad meridiem infestat, quo tem- Cephalaeae ſpecies.

Digitized by Google

pore ex toto desinit; vel a meridie ad vesperam, vel etiam ante id tempus ad noctem usque porrigitur: id genus non diu solet inhaerere. Nonnullis caput totum dolet, idque nunc in dextra, nunc in sinistra parte, alias in fronte, et sincipite: quae omnia vago more fiunt in eadem die.

Heterocrania. Quibusdam dolet dextra tantum, vel sinistra ejus pars: et intra terminos, quibus alterum ex temporibus, et auris, et supercilium unum, et alter oculus continetur, usque ad mediam capitis partem, qua nasus id in aequas portiones dividit, in dimidia, inquam, capitis parte remanet dolor, neque in alteram transit. Id malum *Heterocrania* vocatur, neque leve vitium est, licet intermiserit, aut exiguum esse videatur. Nam si quando acute urgeat, hominem turpibus ac vehementibus malis afficit; facies convellitur, et distorquetur: oculi, vel intenti, cornuum instar rigent, vel huc et illuc intro vertuntur, cum convulsione, ac vertigi-

Digitized by Google

gine: in iisque dolor ad eorum usque membranas alte descendit: sudor non coërcendus: repentinus tendinum dolor, perinde ac si quis igno plagam his inflixerit: accedit nausea, bilisque vomitus; homo deinde prolabitur, et, si malum adhuc vehementius increscat, praecipitatur in exitium. At si id minus grave sit, neque periculum mortis inferat, inveterascit tamen, multamque secum corporis segnitiem trahit, et gravitatem capitis, et molestiam, et vitae taedium. Lucem prorsus refugiunt, quia tenebris mitigatur dolor; nihil jucundi aut audire, aut videre sustinent; olfaciendi vitiosum habent sensum, neque gratis odoribus delectantur, et graveolentia quoque horrent; vitam sibi ipsis invisam trahunt, mortemque exoptant.

Horum causa est cum siccitate frigus. Quod si diu moretur, et invalescat morbus, dolores subsequitur affectus, quod *Scotoma*, sive *vertigo* dicitur. Causae.

Digitized by Google

DE SCOTOMATICIS SIVE VERTIGINOSIS.

Cap. III.

Si tenebrae offundantur oculis, caputque in turbinis modum circumagi videatur, et infra aures finitus frat quasi mentium cum murmure fluviorum, aut tanquam venti inter vela perstrepentis, vel audiatur fistularum ac tibiarum clangor, sive tracti strider plaustri, *scotoma*, sive *vertiginem* id vocamus. Malum satis grave, licet dolentia tantum capitis fuerit symptoma, sive post *Cephalaeam*, sive per se, vetus esse jam affectus coeperit. Nam nisi haec decedant, et perstet etiam vertigo, vel ipsa suis comitata symptomatis, nulla adhibita curatione, ad summum pervenerit, morbus *scotoma* dictus oritur:

qui

Digitized by Google

qui ex humida frigidaque causa procreatur. Porro, si insanabilis evadat, aliis morbis initium praebet, ut *insaniae*, *melancholiae*, *epilepsiae*, suis cuique accedentibus symptomatis. In *scotomate*, capitis subest gravitas: inter multas tenebras quorundam ante oculos splendorum emicatio: astantium, ac suimet ignoratio. In incremento mali, membra hominis resolvuntur, isque humi reptat: nausea fit, et vomitus aut pituitae, aut flavae, atraeve bilis. Flavae bili succedit *insania*: atrae *melancholia*: pituitae *epilepsia*; in omnibus enim morbis similis horum successio est (a).

(a) Aliqua de *Scotomaticis* habentur apud *Aëtium*, L. 6. c. 7. quae se ex *Archigene* et *Posidonio* afferre testatur; quibus ex *Authoribus* quaedam, iisdem verbis expressa, mutuatus est *Galenus* (de loc. affect. L. 3. c. 12.) sed vix quicquam in *Aëtio* invenitur iis, quae in hoc *Aretaei* capite legimus, plane simile.

Digitized by Google

DE EPILEPSIA SIVE MORBO COMITIALI.

Cap. IV.

Varium ac prodigiosum morbi genus est *Epilepsia*: in accessionibus effera, et peracuta, ac mortifera; siquidem una interdum accessio hominem rapit. Quod si huic assueverit aeger, vitam quidem trahit, eamque cum turpitudine, et ignominia, et dolore: morbum tamen ipsum vix depellit, qui optimis praecipue aetatibus, perque vitae tempus pulcherrimum, pueritiam scilicet atque adolescentiam inhaerere consuevit. Interdum ab aetate aliqua grandiori tollitur, et cum ipso vitae flore terminatur, et tum quidem nonnullos e pueris, tanquam eorum pulchritudini invideret, deformitate vitians, hos, vel cum manus impotentia, vel

cum

Digitized by Google

cum vultus distortione, vel ſenſu aliquo destitutos relinquit. At si lateat, quoad altas radices egerit, neque medicinae ope, neque aetatis mutationibus, expelli potest, ſed usque ad mortis diem continuat. Ad haec malum dolore plenum est, cum convulsionibus et membrorum atque luminum distortionibus; interdum quoque animum in *furorem* agit. Tristiſsimum acceſsionis est ſpectaculum: turpis etiam est deceſsio, quae per urinas fit, et ſpontaneam ventris dejectionem.

Unde morbus ſacer appelletur?

Sed et ignominioſum quoque hoc est morbi genus; homines quippe existimant, hunc iis, qui in *lunam* (b) deliquerint, immitti: quapro-

pter

(b) Inde opinio haec invaluit, quod certis *lunae* periodis, morbus hic in quibusdam reverti ſolet. *Epilepticus* igitur, ab Alexandro Tralliano (L. 1. c. 15.) Σεληνιακὸς, et a S. Matthaeo (c. 17. v. 15.) Σεληνιαζόμενος vocatur; ubi etiam, cum a *Domino noſtro* curaretur aegrotus, Δαίμων exiiſſe dicitur.

Digitized by Google

pter *facer* etiam *morbus* dicitur, quod autem nomen aliis de causis indi potuit, vel ob mali magnitudinem, *sacrum* enim idem, quod *magnum*, significat; vel propterea, quod non humana, sed divina tantum ope, hunc curari posse creditum est: vel quia (Δαίμων) *Deus* aliquis in hominem ingressus esse putetur, vel fortasse horum simul omnium causa, *morbus sacer* appellatus est (e).

Signa. Ceterum quaecunque in hoc, tanquam acuto affectu eveniunt, supra declaravimus. Quod si inveteraverit, ne per intermissiones quidem aegri citra noxam degunt, sed segnes, et languidi, et demissi sunt, hominumque aspectum atque consuetudinem devitant, neque aetate procedente quicquam mitiores evadunt; vigi-

(e) Multa de vulgari illa opinione, circa Dei alicujus in homines affectu hoc laborantes ingressum, eleganter scribit Hippocrates (L. de morbo sacro).

Digitized by Google

vigiliis premuntur: per quietem multis atque prodigiosis somniis exterrentur: cibum fastidiunt, et aegre concoquunt: coloris vitiosi sunt, et quasi plumbei: in discendo, propter mentis atque sensus tarditatem, segnes: auditum habent gravem, in capite sonitus quosdam, ac tinnitus: lingua neque plane voces exprimit, neque ex sententia loquitur: quod vel ex natura morbi fit, vel propter vulnera in accessionibus huic illata; convulsionibus infestantur: in ore lingua variis modis contorquetur, et interdum mentem ita perturbat hic affectus, ut homines fatui prorsus evadant. His etiam mali causa est cum humiditate frigus.

DE

Digitized by Google

DE MELANCHOLIA SIVE ATRA BILE.

Cap. V.

Si atra bilis in acutis morbis ſurſum prorumpat, valde mortifera est; neque infra exiens periculo vacat *(d)*. In longis, si per inferiora prodeat, in *dyſenteriam*, et jocinoris dolorem desinit, feminis autem vice menstruorum purgatio est, si, quoad ceteras res, periculoſe non ſe habeant.

Melancholia unde et qualis.

At si ſurſum tendat, vel ad stomachum, vel ad ſeptum transverſum, *Melancholiam* parit. Inflationes enim facit, et ructus foetidos, piſcium odorem exhalantes: flatus etiam infra

(*d*) Hippoc. Aph. 22. §. 4.

Digitized by Google

fra cum ſonitu tranſmittit, et mentem quoque pervertit. Quam ob rem ita laborantes *Melancholicos* pariter et *inflatos* veteres appellarunt. Aliis neque flatus, neque atra bilis innaſcitur: ſed iracundia mera et moeror, animique maxima dejectio. Hos etiam *Melancholicos* vocamus, eo, quod *bilis iram*, *nigra* vero *multam* atque *efferam* ſignificet; cui rei teſtimonio eſt *Homerus*, ubi haec inquit:

Quos astitit inter
Heros *Atrides* ductorum dux Agamemnon
Corde dolens, *atra* cui pectora plena tumebant
Ira, fulgentique oculi velut igne micabant *(e)*.

Tales ſunt *Melancholici*, cum et malo jamjam perituri ſunt.

Eſt

(e) Iliad. A. v. 101. ita *Virgilius:*
Hic vero *Alcidae* furiis exarſerat *atro*
Felle dolor. Aeneid. 8. v. 219.

Digitized by Google

Melancholiae et insaniae differentia.

Est autem *Melancholia* animi moeror, propter certam quandam opinionem, febris expers. Et mihi quidem videtur illa *insaniae* principium esse, et pars. Nam *insanorum* nonnullis ad iracundiam, aliis ad hilaritatem prona mens est; *Melancholicis* autem in tristitiae tantum et hilaritatis vicissitudine persistit. Porro maximam vitae partem *insani* transigunt, desipientes, atque turpia et atrocia facinora perpetrantes; *Melancholici* vero non una ac eadem specie singuli laborant; sed aut veneni suspicionem habent: aut hominum consuetudinem perosi in deserta fugiunt: aut superstitione capiuntur: aut vitam oderunt. At si ex moerore aliquid interdum relaxationis habeant, hilaritas plerisque supervenit, qui tum aguntur in *furorem*.

Ubi inhaeret Melancholia.

Jam modis quibus, et ex quibus locis, vitium contrahatur, subjiciam. Quod si in praecordiis immoretur causa, circa septum transversum convolvitur, *Melancholicisque* supra,

vel

vel infra, exit bilis. At si caput etiam per consensum afficiat, tunc immoderata iracundia per maximum vitae spatium in hilaritatem ac risum commutatur, iique insaniunt, magis ex incremento morbi, quam dolore affectus.

Quos et quando occupet.

In utroque siccitas causa est, viri aut etiam his minores, et *Melancholia* solent et *insania* corripi; viris autem mulieres violentius perfurunt. Aetas constans, quaeque hac paululum minor est, his affectibus maxime patent. Eosdem aestas et autumnus creat; ver judicat.

Adventantis fi-gura.

Porro signa, ex quibus conjectare licet, haud obscura sunt; etenim in initio *Melancholiae*, vel quieti praeter rationem, vel morosi sunt, et demissi, et tardi, sine manifesta quavis causa: ad haec, iracundi fiunt et dejecti: vigilia premuntur, et e somnis cum tumultu excitantur.

Digitized by Google

incrementum. Si increſcat malum, etiam vehementi terrore percelluntur, quo tempore ferocia fiunt ſomnia, horrifica et manifeſta: quodcunque enim futuri mali ſupra modum horrent, id eorum oculis repraeſentat inſomnium; ad ſententiam permutandam prompti; turpes, parci, et avari: ac paulo post simplices, profusi, et munifici, idque non ex animi virtute, ſed affectus varietate. Si vehementius adhuc urgeat, homines odio habent, et eorum vitant conſortia: inaniter queruli ſunt: vitae maledicentes, mortisque cupidi. Multis ita ſenſu destituitur, et ad fatuitatem tendit animus, ut omnium rerum ignari, ac ſuimet immemores, more brutorum vitam exigant. Corporis etiam oritur malus habitus: color est ex atro viridique permixtus, si non infra prodeat bilis, ſed per univerſum corpus una cum ſanguine diffundatur. Voraces, et nihilominus tenues ſunt; deest enim ſomnus, qui per cibi ac potionis digestionem membra illis confirmet: porro haec e

cor-

Digitized by Google

corpore vigiliae pellunt atque diſsipant; quapropter alvus sicca est, neque quicquam reddit: aut id, quod excernit, aridum, et rotundum, et biliosum est, humore quodam atro circumfusum; urina pauca, acris, bile tincta. Inflationes habent in praecordiis, ructus graveolentes, viroſos, quasi e ſaliva exhalarent, et interdum acris quidam humor cum bile prorumpit; pulſus fere parvus, ſegnis, imbecillis, creber, frigori similis.

Melancholici Historia.

Fama traditum est, quendam ita laborantium, cum eſset desperatus, puellam deperiſse, cumque Medici nihil proficerent, ab amore fuiſse ſanatum. Hunc equidem ab initio amore exarsiſse ſuſpicor: et inde tristem ac demiſsum eſse factum, quod ſpe puellae decidiſset, *Melancholicumque* popularibus ſuis viſum existimo. Vir quidem iste amorem ſuum fateri noluit; postquam autem virginem eodem desiderio incenderat, animi reeeſsit languor: homo

Digitized by Google

iracundiam ac moerorem diſpulit, et per gaudium ex tristitia evasit liber; atque ita amore Medico ad ſanitatem rediit.

DE MANIA SIVE INSANIA.

Cap. VI.

Inſaniae definitio.

Inſaniae modi ſpecie complures ſunt, genere duntaxat unus. Est enim diuturna ex toto mentis alienatio, sine febre. Nam si quando accedat etiam febris, ea, non ut *Inſaniae* propria, ſed ex alio aliquo caſu incidit. Porro in ebrietate, vino mens incenſa desipit; esculenta etiam aliqua furorem creant, ut mandragora, et hyoſcyamus; ſed hi caſus *inſaniae* nomine neutiquam vocantur: etenim et ſubito oriuntur,

et

Digitized by Google

et celeriter conquiescunt; *insania* vero stabilis est, ac permanens. Neque vero *delirium*, quod in senectutem incidit, *insaniae* huic quicquam habet simile; illud enim sensuum torpor quidam, et mentis stupefactio est, ex frigore proveniens: *insania* autem ex calida siccaque causa oritur, et in agendo turbulenta est: praeterea *delirium* a senectute incipiens neque intermittit, neque finitur ante mortem: *insania* vero et intermittit, et adhibita curatione ex toto desinit. At recessio imperfecta est, si non per idoneae Medicinae opem, sed vel ex morbi consuetudine, vel ex tempestatis clementia decedat. Quosdam enim integros visos, aut veris tempus, aut error in victus ratione, aut fortuita iracundia in morbum rursus conjecit.

Quibus, et unde Melancholia et insania contingat.

Huic vitio maxime patent, qui natura iracundi sunt, acres, actuosi, faciles, hilares, ludibundi; eodem quoque tentantur, qui contrariae sunt naturae, uti segnes, tristes, in

Digitized by Google

discendo tardi, sed laboris patientes, cumque aliquid demum edidicerint, ejusdem rursus obliviosi; cum eo tamen, ut posterioris hujus generis homines in *Melancholiam* magis proclives sint: prioris naturae viri potius *insaniant*. Ex aetatibus, ii, quibus calor est, et sanguis plurimus, pubescentes scilicet, atque juvenes, quibusque omnium rerum vigor suppetit, in *insaniam* maxime aguntur, ii vero, quibus ex atra bile calor succenditur, corporisque habitus in siccum permutatur, *Melancholici* facilius evadunt. Idem malum infert victus ratio, ut edacitas, et satietas immodica, et ebrietas, et libido, et veneris desiderium. Mulieres interdum furunt, eo quod earum corpora purgationis indigent, quo tempore uteri viro jam maturi fuerint, aliae non ita facile, sed cum eas occupaverit furor, vehementissime insaniunt. Et hae quidem causae sunt; eaedem quoque viros inflammant, si consueta sanguinis, aut bilis, aut sudoris, quavis de causa suppressa fuerit excretio.

Jam

Digitized by Google

Jam vero, quibuscunque cum hilaritate *insania* est, noctes diesque rident, ludunt, saltant: in libidinem palam feruntur, et tanquam ex certamine aliquo victoriam adepti, cum coronis incedunt; species haec astantibus innoxia est. Alii vero, qui cum iracundia furunt, etiam vestes suas aliquando discindunt, et ministros obtruncant, et sibimet ipsis mortem consciscunt; et haec quidem species non sine periculo est etiam eorum, qui interfunt. Species autem sunt innumerae. Qui ingeniosi et eruditi sunt, *Astronomiam* sine praeceptore, *Philosophiam* per se ipsos callent, *poeticae*, tanquam ex afflatu *Musarum* periti sunt; ita vel in morbis aliquid emolumenti habet liberalis institutio. Rudes autem, et indocti homines, vel pondera circumferunt, aut lutum in fictilia efformant, aut fabrilem artem exercent, aut lapides dolant. Vanis etiam opinionibus addicti sunt; etenim homo fuit, qui ne ampullae quaedam decidérent, metuebat, *quo-* Insaniae species.

Digitized by Google

niam ex iis unam se esse arbitraretur: et alius quidam, laterem esse se existimans, bibere prorsus noluit, ne humore diffluereret.

Insani Historia. Haec etiam Historia fama divulgata est: faber erat quidam, qui cum esset domi, prudens omnino fuit artifex, ligna perite metiebatur, scindebat, complanabat, claves connectebat, aptabatque, domum solerter exstruebat; cum iis, qui opera locabant, colloqui, pacisci, justamque poterat laboris mercedem exigere. Is adeo intra locum, ubi artem exercebat suam, mente plane constabat; at si vel ad forum, vel ad balneum, vel alio quavis de causa esset egressurus, instrumenta deponens primo ingemiscebat, deinde in ipso exitu constringebat humeros, postquam autem e domesticorum conspectu, et ab opere suo, ejusque limitibus processisset, homo prorsus insaniebat, et si reverteretur illico, redibat etiam ad se; ita mens ejus, et artis locus iisdem erant circumscripta terminis. Mor-

Digitized by Google

Morbi hujusce causa in capite ac praecordiis continetur; quae modo simul laborare incipiunt, modo sibi invicem labem communicant. Verum in *Melancholia*, et *insania*, praecipua visceribus inest mali sedes; quemadmodum in Phreniticis caput, sensusque praecipue tentantur. Etenim hi vitiatum habent sensum, quaeque non adsunt, tanquam praesentia, intuentur, quaeque alii nemini apparent, istis ante oculos obversantur; *insani* autem videndi sensu recte utuntur, de visis tantum, sicuti oportet, non judicant. Qui insania haereat.

Quod si malum vehemens sit, sensus habent distinctos et acutos, suspiciosi sunt, iracundi sine causa; praeter rationem tristes ii, quibus ad moerorem tendit *insania:* ii vero, quibus ad hilaritatem spectat, alacres; alii ultra modum vigilant; utrorumque vultus immutatur *(f)*: Incrementum.

(f) Graeca sunt, ἀλλοιοῦται τὰς ὄψεις — quae *Crassus* vertit, *visio depravata est.*

Haec

adest capitis dolor, vel certe gravitas; in audiendo acuti, sed mente sunt tardissimi; in quibusdam peculiariter fiunt sonitus ac tinnitus aurium, ut etiam fistulas tubasque audire videantur. Si malum adhuc invalescat, inflationes habent: nauseant, in sumendo cibo voraces atque avidi, quoniam vigiliis premuntur; vigilia autem famem excitat *(g)*; neque vero, ut aegri solent, extenuantur, et ex his quoque *Melancholici* fere habitiores sunt; pallore etiam suffunduntur; at si viscus ullum inflammetur, minuitur appetitus et nutritio; oculi cavi fiunt, neque connivent; coeruleae quaedam vel nigrae imagines ante oculos obser-

van-

Haec autem in nostrum sensum verti possunt, cum ὄψις vultum pariter ac oculos significet, et ita debent, quia antea *Insanos* videndi sensu recte uti dictum est.

(g) Verba *Hippocratis* (Epidem. Lib. 6. §. 4).

Digitized by Google

vantur iis, qui in *Melancholiam* feruntur: magis autem rubicundae et puniceae istis, qui ad *insaniam* tendunt, ita ut quibusdam quasi fulgure perstringantur lumina, ipsique, tanquam fulmine afflati, percellantur; aliis oculi rubent, et cruore suffunduntur.

At in morbi statu, semen effluit: effraenata veneris libido, neque ullus pudor, aut mora est, quin ea palam utantur: monitis autem, vel objurgatione, ad iram incitati, vehementissime furunt. Ceterum alius jam alio modo insanit; quidam effraenate currunt, et ad eundem locum ignari revertuntur; quidam longo post tempore ad suos se recipiunt; alii vociferantur, de latrocinio, aut vi illata, conquerentes; alii ab hominum conspectu in deserta fugiunt, et cum semet ipsis tantummodo versantur. Status.

Quod si morbus remittere jam incipiat, segnes, quieti, moesti sunt, quia Remissio.

Digitized by Google

quia jam in notitiam mali venientes calamitate sua affliguntur *(h)*.

ALIA INSANIAE SPECIES.

Quidam membra sibi confcindunt, Diis suis, quos id a se expoſcere credunt, ex religioſa quadam opinione gratificari se existimantes. Id genus *furoris* in persuasione quadam omnino consistit, cum in aliis rebus sapiant. Excitantur autem, aut tibiae cantu, aut hilaritate, aut temulentia, aut praesentium hortatu. Furor hic a Diis immittitur *(i)*. Postquam

(*h*) Multa iis, quae in hoc Capite leguntur, similia habet *Aëtius*, (L. 6. c. 8.) ex *Archigene*, et *Posidonio* deprompta. Illic etiam istorum Medicorum, in affectu hoc curandi ratio legi potest, cui *Aretaei* Methodum conveniſſe verisimile est, sed hujus de hac re scripta perierunt.

(*i*) *Aretaeum* de *Gallis Cybeles* loqui, in Domini *Fabricii* libro notatum est. *Furorem* hunc *Enthusiasmum* appellat *Galenus* (Def. Med.).

Digitized by Google

quam autem conquieverint, hilares, et cura soluti sunt, Deorum sacris se initiatos esse censentes; decolores tamen, et extenuati, et infirmi ex vulnerum doloribus diu remanent.

DE PARALYSI SIVE NERVORUM RESOLUTIONE

Cap. VII.

APOPLEXIA, *Paraplegia, Paresis, Paralysis* ejusdem generis sunt omnia. Nam in his, vel motus, vel tactus, vel uterque deficit: interdum etiam mens, aut alius aliquis sensus. Sed *Apoplexia* quidem totius corporis, et sensus, et mentis, et motus resolutio est; quo fit, ut vehemens *Apoplexia* nullo modo im-

Genera Resolutionis.

Apoplexia.

imbecillis difficulter ſolvi poſsit *(k)*.

Paraplegia. *Paraplegia* vero tactus motusque reſolutio est, ſed in parte tantum aliqua, ut manu, vel crure. *Paralysis* autem, in genere motus tantum et actionis est defectio. Quod si forte tactus per ſe defecerit, quod tamen rariſsime contingit, *Anaesthesia*, sive *ſenſus privatio*, potius, quam *Paresis* appellatur. Et si *Hippocrates crus, quod in directum jacet, apoplectum* dicit *(l)*, per hanc vocem, id emortuum eſse, et inutile, et inſanabile significat; quod enim in toto corpore vehemens *Apoplexia* est, idem *Paraplegiam* eſse in crure denotat. *Paresis* autem vesicae propria est, cum urina, contra voluntatem, vel ſupprimitur, vel effluit. At palpebrarum et malarum, quique in maxillis ſunt, muſculorum, et menti in alterutram partem diductio, si

Paralyſis.

Anaesthesia.

Paresis.

(k) Hippoc. Aph. 42. §. 2.

(l) Epidem. L. 3.

Digitized by Google

si per nervorum contractiones ista pervertantur, *canina* dicitur *convulsio*. Genuum vero resolutionem, sensusque brevem stupefactionem, et exanimationem, et lapsum, *Lipothymiam*, sive *animae defectionem* nominamus.

Canina convulsio.

Lipothymia.

Resolvuntur itaque membra, modo sigillatim, ut supercilium per se, aut digitus: aut etiam his majora, sicut manus, vel crus; modo plura simul. Et alias dextra tantum, aut sinistra, aut aliqua seorsim membra, aut ea simul omnia, idque ex integro, vel levius, idem patiuntur; quod non in iis solum obtinet, quae a se invicem distant, et eodem nomine vocantur, et comparia sunt, ut oculis, manibus et cruribus: sed in illis etiam, quae continua sunt, ut in dimidia parte nasi, itemque in figura, usque ad limites, qui hanc in aequas portiones dividunt, et in altera tonsillarum, et in dimidio faucium, ac gulae. Ego sane stomachum etiam et intestina, et vesi-

Quomodo partes quaeque resolvantur.

Digitized by Google

vesicam, et rectum intestinum, usque ad ejus principium, eodem modo interdum affici existimo; at hae partes, quae intra corpus resolvuntur, latent et conspectum effugiunt. Dimidiatae quoque sunt istarum partium actiones, quam ob causam membra tantum dimidia vitiari arbitror, et in duas portiones a morbo dividi. Haec utique res argumento est, dextras partes a sinistris, facultate naturali, et morbi in eas crisi, differre; aequalis enim est causa inhaerescens: communes etiam primae morbi occasiones, sive frigus fuerit, sive cruditas; ambae tamen partes vitio non sunt aeque opportunae; natura autem ex aequo valens est, ubi subjecta, in quae agit, aequalis sunt potentiae: ubi vero inaequalia sunt, fieri non potest, ut idem haec in utrisque efficiat. Ceterum si infra caput principium aliquod afficiatur, uti medullae spinalis membrana, partes, quae eodem nomine vocantur, et etiam continuae sunt, resolvuntur, dextrae, si nervi dextri laesi

laesi fuerint: si sinistri, laevae. At si mali principium sit in capite, nervis affectis dextris, sinistrae resolvuntur partes: laevis itidem patientibus, dextrae. Hujus rei causa est, quod nervorum situs juxta originem invertitur; etenim dextri non in directum ad dextras partes, usque ad finem pertingunt: sed utrique origini suae inserti, continuo se invicem transeunt in figuram literae graecae X, ad oppositam partem tendentes. Utque in summa dicam, sive totum simul corpus, sive aliqua membra, vel ab alterutra, vel ab utraque parte resolvuntur, nervi interdum, qui a capite oriuntur, laborant, qui, ut paucis dicam, sensu facile privantur, sed, per se ipsos, motum haud ita facile amittunt: iidem, si per consensum, ab his, qui motui inserviunt, aliquid vitii contraxerint, motus quoque paululum deperdunt, aliquid enim motus, quanquam haud ita multum, naturaliter habent per se. Interdum vero laeduntur nervi, qui

Digitized by Google

ex aliis musculis exeuntes in aliis terminantur: et hi sunt, qui praecipuam motus partem continent, eumque capitis nervis impertiunt; ab istis enim plurimum motus hi derivant, licet per se habeant paululum; isti igitur motus defectionem praecipue patiuntur: raro autem, aut, ut ego arbitror, nunquam per se sensum amittunt. Et si forte fasciculus quispiam nervorum, qui ex osse quovis proficiscentes in alio finiuntur, vel exsolutus fuerit, vel disruptus, impotentes fiunt, et trahuntur partes, sensu tamen non privantur.

Paraplegiae species.

Porro hae sunt *Paraplegiae* species. Nonnunquam artus cum extentione resolvuntur, neque flecti rursus possunt: in quo casu, membra praelonga apparent. Interdum cavi fiunt, neque in longitudinem extendi queunt: et *siquis eos*, ceu ligna adaptans, et radens, violenter extendere conetur, breviora, quam in naturali statu, videntur.

Has

Digitized by Google

Has ambas ſpecies patitur *oculi pupilla*: nam et in magnam amplitudinem diffunditur, quem affectum Πλατυκοριαν, ſive *pupillae amplificationem*, et Μυδρισιν etiam dicimus, et in angustum contrahitur, quod vitium *Phthisin* ego appello. Reſolvitur etiam *vesica*, ut urina ſua nequeat exequi: idque vel cum extentione, ubi prae impotentia urinam effundit; aut in ſe ipſam convolvitur, neque, cum plena est, urinae quicquam potest excernere.

Pupillae paraplegia.

Veſicae paraplegia.

Paraſis cauſae primae ſunt ſex: vulnus, ictus, frigus, cruditas, venus, vinolentia, et praeter haec, vehementes animi perturbationes, ut conſternatio, timor, ac mentis dejectio, et in pueris etiam terror; quibusdam nervos reſolvit inopinatum atque ingens gaudium, et inexplebilis usque ad mortem riſus. Sed hae quidem cauſae ſunt primae: ultima vero, et praecipua cauſa est, innati caloris refrigeratio, quando is aut ab humiditate, aut a siccitate

Paraſis cauſae et quinam huic et quando obnoxii ſint.

Digitized by Google

laeditur; ab hac vero causa, minus quam ab illis, sanabile vitium est; ex vulnere etiam, et nervi discissione, mortiferum est. Quod ad aetates pertinet, senes morbo hoc facillime tentantur, et vix sanescunt; pueri ad salutem facile perducuntur. Ex tempestatibus, eundem hyems praecipue, deinde ver, postea autumnus, aestas minime parit. Habitus huic opportuni sunt, natura crassi, humidi, desides, et voluptatibus, brutorum more dediti.

Signa. Affectus itaque, cum jam hominem occupaverit, evidentes sunt, ex motus privatione, et ex nullo frigoris, aut caloris, aut vellicationis, punctionisve, aut alius cujusvis tractationis sensu. Raro fit, ut extremae partes homini doleant, sed ad sanitatem restituendam doloris vacatio aeque commoda est. Repente mala haec invadunt; at si quando longiora etiam habeant initia, gravitas fit, et motus difficultas, et torpor, modo frigoris sen-

sus,

Digitized by Google

fus, modo ingens calor: somnus parvus, insomnia turbulentiora; ubi illico resolvuntur.

At, in *canina convulsione*, non frequenter admodum contrahuntur omnes vultus partes, sed dextrae ad sinistras, et sinistrae ad dextras transeunt, in quo casu, mentum huc vel illuc multum distorquetur, tanquam de sede sua mota foret maxilla; siquidem his interdum luxatus est articulus, cum late hiantes mentum in oppositam partem distraherent. Oculus laesae malae pervertitur, et cum palpebra inferiore palpitat: superior etiam palpitat, modo cum oculo, modo sine hoc. Diducuntur quoque labia a se invicem, et interdum ambo collabentia balbutiunt: et aliis arcte comprimuntur, simulque adducta solitum cum strepitu sputum expellunt. Convellitur etiam lingua; quippe, quae et ipsa ex musculis nervisque consistat, et ad palatum secundum latitudinem tota ejus continuitas re- Caninae convulsionis signa.

Digitized by Google

pente ſubsilit, ſonumque concuſſionis reddit. Convellitur etiam columella, et si os interius committatur, fit inopinatus fragor: at si id dehiſcat, columellam, nunc ſecundum latitudinem palato adhaereſcentem, nunc cum vi, ac celeritate, ac ſonitu resilientem, instar ostrei, intueberis. Ceterum *caninis convulsionibus* fraus inest quaedam; siquidem inſpicienti ſanae partes videntur laborare: etenim ob tensionem et colorem, et oculi amplitudinem, quod ſanum est, offenſam pati creditur. Sed error deprehenditur et ex riſu, et ex locutione, et ex commiſsione partium; nam, quae laeſa ſunt, omnia cum ſonitu convelluntur: labium neque in ridendo, neque in loquendo, dimovetur: palpebra non volubilis est: oculus riget: in tactu omnis abest ſenſus; integrae vero partes et loquuntur, et connivent, et ſentiunt, et rident *(m)*.

DE

(m) Aliqua, de *Paralyſi*, ex *Archigene*, habentur apud *Aëtium*; L. 6. c. 28. ſed

DE PHTHISI.

Cap. VIII.

Si ex *Abſceſſu* in *pulmone*, vel ex diuturna *tuſſi*, vel ex *rejectione ſanguinis*, intus oriatur pus, idque per tuſsim homo exſcreet, *Pye*, et *Phthiſis* morbus dicitur. At si pectus, aut costa ſuppuret, et per pulmones exeat pus; *Empye* vocatur. Quod si post haec *pulmo*, transitu puris eroſus, *abſceſsum* habeat, non jam *Empye* appellatur, ſed *Phthoes* nomen sibi adſciſcit. Phthiſis definitio

ſed pauca de ejus *ſignis*: plura de *Curatione*. Ceterum caput illud, in quo medendae *Paralyſis* rationem expoſuit *Aretaeus*, ad nos non pervenit.

Digitized by Google

Signa. Adest autem in *Phthisi* assidua febricula, interdiu quidem latens ob sudorem, refrigerationemque corporis, minime tamen desinens; etenim *Pthoes* proprium, et peculiare signum est, ut circa noctem resuscitetur, atque emicet calor, rursusque per diem in visceribus delitescat: illam autem detegit aegrotantium molestia, et imbecillitas, et colliquatio; at si per diem febris e corpore decederet, qui fieri potest, quin aeger et carnem tunc, et vires repararet suas, et quiete aliqua levaretur? Etenim in processu morbi, omnia etiam augescunt mala; pulsus parvus; obscurus, vigilia: caloris languor: et alia quaecunque febricitantibus contingunt.

Sputi species. Sputi species sunt plurimae; id enim aut lividum est, aut atrum, aut coloris saturi, aut ex albo pallidoque, aut ex viridi alboque permixti: idem vel latum, vel rotundum est: durum ac glutinosum, vel rarum atque diffluens: modo cum odore foedo, modo sine quovis; omnia autem

haec

Digitized by Google

haec ſunt puris ſpecies. Quicunque enim id vel aqua, vel igne *(n)* explorant, mihi quidem *Phthoen* minime videntur cognoſcere: siquidem non modo horum, quae exſpuuntur, verum etiam ipsius aegrotantis aſpectus, certiores, quam alius quivis ſenſus, morbi praebet notas; nam si vel de plebe quispiam hominem videat, pallidum, imbecillem, extuſsientem, conſumtum, hunc vera *Phthoe* laborare statim pronuntiat. Porro, qui in pulmonibus quidem *ulcus* non habent, longis autem febribus contabeſcunt, et frequenter, atque duriter, et imperfecte tuſsiunt, neque quicquam exſcreant, hos etiam *Phthisicos* appellare conſuerunt; et id ſane non absque cauſa. Adest autem pectoris gravitas, (etenim infirmus pulmo est) anxietas, mo-

(n) Nam in aqua poſitum, ſubſidet: in igne graviter olebit. Praenot. Coac. et Coel. Aurel. morb. Chronic. Lib. 2. cap. 14.

Digitized by Google

destia, cibi fastidium: vespere, algor: versus auroram, rursus fervor; sudor superiorum partium usque ad pectus ipso calore gravior: sputa per tussim egesta, ut supra proposui, varia.

Phthisici descriptio.

Vox rauca est, cervix paululum tortuosa, gracilis, huc et illuc aegre versata, quasi intenta; digiti tenues, sed crassi sunt articuli, in iisque ossa tantum videntur supereſse, quia caro jam extabuit: digitorum ungues adunci, venter rugosus atque latus, quia prae macie, non jam ut ante, carnis quasi fascia continetur, neque rotunditatem servat suam; qua de causa ungues etiam incurvantur: siquidem caro ista, quae in eorum summitatibus abundabat, iisque ut fulcimentum quoddam, suberat, jam quasi durum quid et solidum efficitur, unde et ipsorum unguium dolor est. Nasus acutus atque tenuis: malae cum rubore exstant: oculi concavi, lucidi, micantes: vultus tumidus, pallidusque,

aut

aut lividus: tenuis malarum pars dentibus ita adhaereſcit, ut ridentium ſimiles ſint; omnino cadaverosi ſunt. In eundem modum cetera ſe ſe habent: ubique tenues, et carnis expertes: brachiorum nusquam apparent muſculi: mammarum ne vestigium quidem ſuperest, et papillae tantum in conſpectum ſe ſe offerunt: costas non modo perſpicue dinumerare licet, verum etiam, ubi desinunt, intueri facile est; neque enim harum cum ſpinae vertebris articulationes occuluntur, et earundem in os pectoris inſertiones patent; costarum interstitia cava ſunt in rhombi figuram, ſecundum oſsium circumferentiam: praecordia vacua, ſurſum reducta: abdomen, cum ilibus, ſpinae cohaereſcit: articulos tibiae, coxaeque, et brachia conſpicuos et prominentes habent, et carne destituuntur: ſpina etiam, quae in cavo erat antea, ſupra vertebras exstat, muſculis jam utrinque conſumtis: totae quoque ſcapulae apparent, avis instar alarum extenſae.

Digitized by Google

ſae. His alvus cita ſuperveniens mortifera est *(o)*; sin ad ſanitatem ſpectent, signa perniciosis contraria accedunt.

Phthiſi obnoxii.

Senes morbo huic aſsidue obnoxii ſunt, et ex eo minime evadunt; juvenes autem, usque ad aetatis florem, ex *rejectione ſanguinis*, in Phthisim decidunt, et poſsunt quidem, ſed non sine difficultate convaleſcere; pueri tuſsicula nonnunquam ad Phthoen usque vexati, ad ſanitatem facile revertuntur. Habitus in hoc vitium proclivis est iis, qui tenues ſunt, qui pectus, duarum more tabularum, compreſsum, qui ſcapulas, alarum instar, protentas, qui guttur habent prominens, qui coloris candidi, qui rari ſunt pectoris. Regiones frigidae humidaeque eidem opportunae ſunt.

DE

(o) Hippoc. Aph. 12. §. 5.

Digitized by Google

DE EMPYICIS SIVE SUPPURATIS.

Cap. IX.

Quibus hominibus, in cavis locis, vel e regione pectoris, vel infra sub septo transverso, *abscessus* fiunt, si per os exit pus, *Empyi*, sive *suppurati* vocantur; at si per inferiora id dejicitur, *Apostematiae* dicuntur. Ac intra pectus quidem, ex *ulceribus* vel in *pulmone*, si *phthisim* excipit, vel in *membrana costas succingente*, vel in *osse pectoris*, vel infra alibi, qua pulmo spinae adhaerescit, vel in alia quavis *pectoris* parte, ex his, inquam, omnibus per pulmonem est puris excernendi via. Verum ex *ulceribus*, quae in viscere quovis, infra septum transversum, oriuntur, ut in *jecinore*, *liene*, ac *renibus*, idem per vesicam fertur: in muliebri- Empyi et Apostematiae.

Digitized by Google

ribus etiam, per uterum. Cuidam ego *abſceſsum* in intestino quoque *colo*, ad dextram partem quoque jecur, ſcalpello aperui, multumque inde puris effuſum est, multum etiam, per renes et vesicam, ad plures dies profluxit, unde ad integritatem homo perductus est.

Suppurationis cauſae.

Cauſae his omnibus communes ſunt, ictus, cruditas, frigus, et horum similia. *Suppurationibus* autem in *pectore* initium praebet longa *tuſsis*, et *pleuritis*, et *peripneumonia*, et diuturna *fluxio*, et ſaepe etiam acuti morbi materia, quae in istorum viſcerum aliquod avertitur.

Species.

At humor, modo iners et imbecillis, parti alicui incumbit, modo acer et mordax est, et mortiferam intus facit putredinem; siquidem puris diverſae ſunt ſpecies, de quibus mox dicemus. Sed res profecto mira est, quod ab exili tenuique *membrana*, ea ſcilicet, *quae costas ſuccingit*, quaeque nullam om-

Digitized by Google

omnino crasitudinem habet, tanta puris exeat vis; etenim in multis magnam ejus collectam esse copiam deprehendimus. Hujus rei causa est inflammatio, abundantia sanguinis excitata, unde ingrassescit membrana; verum ex multo sanguine multum in medio pus contrahitur. Quod si *abscessus* intro tendat, costarum ossa suam propriam sedem obtinent, sed *phthisis* altera species, superius a nobis memorata, secundum naturam evenit. At si in exteriorem partem feratur, ossa disjungit: siquidem inter aliques ex mediis costis, *abscessus* vertex assurgit, et eam hinc atque illinc dispellit.

Signa omnibus quaedam sunt communia: quaedam singulis propria; gravitas vel dolor, nota est communis; (nam pulmo doloris expers est); febres etiam obscurae: horrores circa vesperam: sudores in remissionibus, vigiliae, tumores in extremis pedibus, manuumque digitis, qui aliter aliterque desinunt, at-

Signa.

atque rursus afsurgunt *(p)*, molestia, cibi fastidium: totius corporis macies.

Si morbus jam in vetustatem incidat, habitus *phthisicus* efficitur, neque enim natura jam officio suo defungitur, non afsueta restat jam concoctio, non corporis habitus, color tenebricosus est. Spiritus cunctis quidem gravis, iis vero gravior, quibus in superiore ventre malum est: accedit etiam tussis, quamdiu inflammatio urget, quo tempore dolores etiam, horroresque increscunt, et calor, et vigilia, et spirandi difficultas; pulsus parvus, tardus, imbecillis, mentis alienatio fit, pectorisque distentio.

Puris generatio et exeundi viae.

At si inflammatio jam in pus vertatur, vehementissime urgent omnia, rejectio parva, licet gravior sit tussis, et ex intentione violenta primo fertur

(p) Hippoc. Praenot.

Digitized by Google

fertur pituita bile tincta, sed ad nigritiem tendens, tanquam fuligine colorata; deinde cruenta quaedam exeunt, et crassa. At cum *abscessus* instat ruptio, profunda quaedam et carnosa educuntur. Cumque jam disrumpitur, suffocationis periculum est, si multum simul effundatur pus; at si paulatim effluat, res in tuto est. Quod si per inferiora pus transire velit, superiores partes, ubi *suppuratio* est, acutus dolor occupat: alvus liquida fit, et primo aquosa cum pituitosis dejicit, deinde cruenta quaedam circumfluentia, et postea, cum jam facta est ruptio, carnosa: haec insequitur pus, vel per alvum, vel per urinam redditum; omnium autem optima est ad renes, ac vesicam materiae translatio.

Puris species.

At sive supra, sive infra fertur, puris colores varii sunt, idque pallidum, aut album, aut cinereum, aut lividum, aut nigrum est, et cum foedo odore, vel sine quovis: vel crassissimum, aut mediocriter se ha-

Digitized by Google

bens, aut leve et aequale, aut aſperum et inaequale; quaeque innatant, carnoſa ſunt, et ea rotunda aut lata: quae facile poſsunt ablui, et glutinoſa. Utque de pure in ſumma dicam, quodcunque album, maturum, sine odore, laeve, et rotundum est, et celeriter extuſsitur, aut per inferiora exit, ſalutem promittit *(q)*, quod autem perpallidum est, bilioſum, inaequale, periculum ſubeſse testatur; his vero longe perniciosius est id, quod lividum aut atrum est, quia putredinem haec, et erodentia *ulcera* denotant.

Signa ſalutis, ac mortis.

Praeter ista habitum etiam hominis, quaeque morbum comitantur, oportet attendere; nam si, post puris excretionem, bene ſe habeat aeger, si febre vacet, quod concoctionis, et boni coloris, et cibi capiendi initium est, si facile extuſsiat, si

(q) Hippoc. Praenot.

Digitized by Google

si pulsus rectus, et vires firmae sint, extra periculum collocatur; at si febris superveniat, et omnia in deterius vergant, relicta nulla spes est *(r)*. Oportet etiam *locos*, in quibus suppurationes fiunt, attendere. Nam si eae in *osse pectoris* excitentur, tarde fit *abscessus:* quia partes hae tenues, carnis expertes, et cartilaginosae sunt, quales magnam inflammationem non susciplunt, et absque *suppuratione* diu remanent: cartilagines enim frigidae sunt naturae, et earum inflammationes innoxiae; (habitus autem colliquatio mala est); quia *suppuratio* brevi tempore inhaeret. *Lienis* autem, et *jecur*, et *pulmo*, et *septum transversum*, citius abscedunt, sed periculose ac lethaliter *(s)*.

(r) Hippoc. Praenot.

(s) Aliqua his, quae in hoc capite leguntur, similia habet, ex *Archigene*, *Aëtius*, L. 8. c. 74. unde horum *curatio* peti potest: nam *Aretaei* de hac re scripta desunt.

Digitized by Google

DE PULMONIS ABSCESSIBUS.

Cap. X.

Quicunque *Peripneumonia* laborant, et pituitam intus habent, quae non multum diffunditur, mortem evadunt: sed postquam morbi impetu liberati sunt, *suppurati* fiunt. Futuri autem aut perfecti jam *abscessus* signa, in *suppuratis*, exposuimus.

Is postquam fuerit perfectus, haud tanta vi ac labore, ut rumpatur, atque rejiciatur, hic est opus, quanta in solidis corporis partibus: sed pus facile expellitur, quia facilius in raritate vasorum, quam in corporis habitu, fit distentio; etenim rarus est pulmo, et foraminibus, instar spongiae, plenus, neque humo-

Digitized by Google

more faeditur, ſed eum in vias magis magisque latas usque propellit, quoad ad aſperam tandem arteriam perduxerit; circuitus autem liquori non difficiles ſunt, ſiquidem flexile, atque lubricum pus est; ad haec, in reſpiratione, a ſpiritu ſurſum effertur. Homines plerumque convaleſcunt, nisi forte quispiam conferta puris adductione ſuffocetur, cum, propter hujus abundantiam, aërem aſpera recipere non poſsit arteria. Quidam longo ſpatio, *Phthisicorum*, et *Suppuratorum* more, conſumuntur. Pus autem album est, ſpumans, ſalivae mixtum: alias cinereum, aut ſubnigreſcens. Interdum, cum exulceratio multa est, et profunditatem habet *abſceſsus*, aſperae arteriae ramulus exſpuitur, cumque eo feruntur viſceris ipsius fragmenta. Rauci ſunt: breviter ſpirant: vocem emittunt gravem: pectora ipſorum dilatantur, neque tamen videntur ſatis lata, quia multus intro continetur humor: oculorum nigra pars fulget, alba videtur albiſsima,

Digitized by Google

et pinguis: malae rubent: venae in vultu gibbae fiunt. In his res profecto mira est, quanto vires corporis habitum, quanto autem ipsas vires animi vigor exsuperet.

DE ASTHMATE SIVE ANHELITU.

Cap. XI.

Asthmatis nomina

Si a cursu et exercitatione, aut alio quovis opere, spiritus aegre trahitur, vocatur Ἄσθμα. Morbus quoque, quae Ὀρθόπνοια, sive *respiratio recta*, dicitur, Ἄσθμα itidem nominatur; in accessionibus enim, isto quoque vitio laborantes ἀσθμαίνουσι, id est, anhelant; Ὀρθόπνοιαν autem ideo dixerunt, quod, erecto tantum corpore, spiritum facile adducant: nam in decubitu stranguilan-

Digitized by Google

lantur; propter extentionem igitur, quae in ſpirando fit, Ὀρθόπνοια appellatur: erectus enim homo ad reſpirandum intenditur, et si forte decubuerit, periculum strangulationis ſubit *(t)*.

Afficitur autem pulmo, et conſentiunt partes, quae ei in ſpirando opitulantur, ut ſeptum transverſum, et pectus; at si tentetur cor, homo non diu ſuperest; etenim in hoc loco positum est reſpirandi vivendique principium. Sedes.

Affectus cauſa est, *ſpiritus* refrigeratio et humiditas; ejusdem materia, humor craſsus et glutinoſus. Huic mulieres magis patent, quam Unde et quibus contingat.

(t) Ex hoc capite quaedam deſumpſiſſe videtur *Aëtius* I. 8. c. 63. nullius allato nomine: ex quo loco etiam *Archigenis*, in curando *Aſthmate* ratio petenda eſt, quia *Aretaci*, de hac re, ſcripta interciderunt.

Digitized by Google

viri: quia humidae frigidaeque sunt; pueri his facilius liberantur, quia dum increscunt, iis natura potenter calorem auget; viri, quanquam non non ita facile implicentur, citius tamen intereunt. Istis autem retardatur exitium, quibus vel ex labore, aut lanarum obvolutione, incalescit pulmo, et succenditur, sicut his, qui in conficiendo calce operam insumunt, et aerariis, ferrariisque fabris, iisque, qui in balneis ignem accendunt.

Principium. Adventantis morbi notae sunt: gravitas pectoris, ad assuetum opus, et ad quodvis etiam negotium, tarditas: anhelitus in cursu, aut in itinere acclivi; raucitate ac tussicula infestantur: flatus in praecordiis, et praeter rationem ructus: vigiliae: noctu calor quidam tenuis et obscurus: nares acutae, ad recipiendumque spiritum paratae.

At

At si increscat vitium, malae rubent: oculi, velut in strangulatis, prominent: inter vigilandum, sed longe magis in somno, stridor: humida, et sine sono vox: multi frigidique aëris desiderium: sub dio morari cupiunt, cum in domo spiritus nequeat his sufficere: recti stantes spirant, quasi universum aërem trahere vellent, atque affugere: propter gravitatem aëris, os etiam aperiunt, ut plus ita intro adducant; vultus, praeter malas, quae rubent, pallidus: sudor circa frontem, atque jugula: tussis assidua, violenta: rejectio pauca, tenuis, frigida, quasi spumae quaedam efflorescentia: ex inflatione *spiritus*, collum intumescit: praecordia sursum reducta: pulsus parvus, creber, compressus: crura exilia. Et si haec vehementissime premant, interdum homo, *Epilepticorum* more, suffocatus interimitur. Incrementum.

Sin ad salutem morbus inclinet, tussis minor, rariorque est: sputa plura purulenta, et humidiora reji- Salutis signa.

Digitized by Google

ciuntur: alvus aquosis multis dejectionibus perturbatur: urinae copia profluit, licet in ea nondum quicquam subsidat; vox altior: somni satis: praecordiorum remissio, in morbi levatione, dolor interdum ad scapulas procedit; anhelitus rarus, laevis, cum aliquo tamen stridore. Ita mortem effugiunt; sed in morbi remissionibus, licet obambulare valeant, mali tamen notas prae se ferunt.

DE PNEUMODE AFFECTIS.

Cap. XII.

Pneumodes Asthmati similis.

Asthmatis species malum id est, quod Πνευμῶδες appellatur, et ex pulmone vitium, sicut in *Asthmate*, proficiscitur. Communes etiam utriusque notae sunt, paululum tamen in-

Digitized by Google

inest inter haec discriminis: sed in utroque adest spirandi difficultas, et tussis, et calor, et vigilia, et cibi fastidium, et totius corporis extenuatio. Porro turpe vitium est, et in longinquum protrahitur, non tamen ultra unius anni spatium; nam si autumno inceperit, aeger vere aut aestate decedit, si per hyemem, is autumno insequente consumitur. Senes morbo hoc aliquando facile corripiuntur, eoque leviter admodum tentati inhorrescunt, quibus, non nisi morte, relevari potest dolor. Omnibus spiritus pene ex toto intercluditur: pulsus parvus, creber, obscurus, quae in *Asthmate* pariter contingunt. Illud autem interest, quod hi, tanquam aliquid extrusuri, tussiunt, sed cum irrito labore, quia nihil emoliuntur; aut siquid forte a pulmone per vim abrumpatur, id parvum, album, rotundum, grandinique simile est. Pectus his latius est, at sine distortione, et ulcere. Ac si pulmo non suppuret, humoribus tamen quasi concretis infer- Horum differentia.

cia-

Digitized by Google

ciatur, accessionum intervalla longiora sunt. Quidam subito suffocantur, priusquam vitium quodvis in universum corpus transierit. Aliis in *Hydropem circa Ilia*, aut in istum, qui *Anasarca* dicitur, affectus desinit.

DE JECORIS AFFECTIBUS.

Cap. XIII.

Jecoris officium.

Jecur Lieni, quoad horum generationem, aequilibre est; dextram enim laevamque partem haec viscera occupant, numero naturaliter aequalia: sed facultate, tam in salute, quam in morbis, imparia; in sanitate, quia *Jecur potestatem in alimentum habet:* id enim viscus quasi *venarum radicatio est;* quin etiam

in

Digitized by Google

in morbis ad inferendam mortem, causas multo valentiores continet. Quanto igitur magis ad sanitatem prodest jecur, tanto magis in morbis officit; etenim citius, violentiusque inflammatur, et frequentius, atque perniciosius abscedit, et in *scirrho*, magis celeriter, ac dolenter, quam lienis, interimit. Ceterum de istius inflammatione, in acutis affectibus, supra diximus.

Idem si in pus vertatur, acutus dolor ad jugulum usque, et extremum humerum procedit: siquidem septum transversum, per quod suspenditur, pondere suo deorsum trahit: *Diaphragma* vero membranam costas succingentem, quoniam id huic adnectitur, degravat: membrana autem ad jugulum, et ad summum usque humerorum protenditur, et has partes secum ad inferiora convellit. Inter suppurandum fervor adest acer, cum horroribus: tussis sicca, non admodum crebra: coloris sunt her- bi- Suppurati signa.

bidi, sed, si saturate *Icterici* fuerint, specie albidi; somni visorum non admodum expertes; mente omnino constant, nisi si forte ex temporaria aliqua causa repentinum ingruat delirium, ubi ad se illico revertuntur. Tumor sub mammis costisve assurgit, quem in *Peritonaeo* esse multi falso opinantur. Verum si subter costas *Nothas* tumor exstet, jecur, dolore pressum, intumescit, quia humore plenum est.

At si non sub ossa haec maneant, membranae tumentis signum est, et ejus quidem circumscriptio, ac termini patent: nam impressa manu, postquam fibrarum, in quas jecur dividitur, ambitum excesserit, ea in vacuum abdomen descendit: *Peritonaei* autem interminata est durities, et extremitatis ejus processus visum effugit.

Liberationis et mortis signa.

Si *Abscessus* intro feratur, Medico longe praestat natura, quae pus, aut ad intestina, aut ad vesicam

cam derivat; harum via ista longe tutissima est, quae per vesicam fit. At si extra procedat, incisione non uti periculosum est: nam hac omissa jecur a pure corroditur, morsque non longe abest. Et si incidere velis, metus est, ne hominem profusio sanguinis statim rapiat, quae in jecore coerceri nequit. Si quando igitur ad incisionem venire necesse habeas, ferramentum igne candens usque ad pus demittito; id enim et incisionis, et ustionis partes simul explet.

Et si aeger evadit, pus effluet, album *(u)*, maturum, aequale, inodorum, perquam crassum; his febres, et cetera minuuntur mala, ita ut ex toto facile redeat integritas. At si in intestina pus effunditur, alvus aquosa primo dejicit: postea humorem, quasi in eo caro lota fuerit:

(u) Hippoc. Aph. 44. §. 7. et Praenot.

Digitized by Google

rit: deinde his similia, quae in *Tormin*ibus cum intestinorum exulceratione, prodeunt; interdum sanguis concretus exit, cum grumis; fertur etiam bilis flava, colore saturo, vel porracea, et postremo, prope mortem atra.

Ulcus sine suppuratione.

Sed si ulcus absque *suppuratione* permanserit, venter quaedam odoris mali, quasi putrida, excernit: cibus, propter ventriculi, atque intestinorum imbecillitatem, crudus transmittitur; neque enim jecur, cum in malo statu sit, hunc rursus concoquit. Hos fervor acris infestat, iisque omnia in pejus vertuntur: carnis colliquatio est: pulsus exiguus: spirandi difficultas; neque ita multo post e vita decedunt. Quibusdam *Dysenteria* et *ulcus* sanescunt, morbus tamen in *Hydropem* transit. At si remittantur omnia, et pus ex alvo, candidum, laeve, aequale, odoris expers profluat, cibique concoquantur, de homine bona spes est. Atqui optimum est, ut per urinam morbus

morbus judicetur, et per hanc viam securissime, minimaque cum offensa exit pus.

Ceterum, si ex *inflammatione* jecur non suppuret, febris quidem non desinit, tumorque durus subsidens in *Scirrhum* confirmatur; sub quo dolor adest; sed is non continuus, cumque adsit, iners quodammodo sentitur: calor etiam tenuis: cibi fastidium: in amaris degustandis voluptas, dulcium sensus injucundus: horroribus corripiuntur: subalbidi, virentes sunt; lumbi illis, pedesque intumescunt, facies rugosa, alvus admodum sicca, vel dejectiones creberrimae; summa quippe malorum omnium, *Hydrops* supervenit. Jecoris Scirrhus.

In *Hydrope*, si urina multa et crassa prorumpat, multumque in ea quasi limi subsideat, morbum hoc modo effluxurum esse subest spes; eadem si tenuis sit, et pauca, neque in ea quicquam desederit, id, cum *Hydrope* in exitium conspirat. Hydrops.

Digitized by Google

Quod si natura ad antiquum habitum revertatur, et materia multa, crassa, aquosa, in ventrem confluat, ita quoque *Hydrops* sanari potest *(x)*. Verum id auxilii genus cum periculo tentatur; nam post confertas evacuationes, ultimamque virium dejectionem, aegri prae imbecillitate, quemadmodum in profluvio sanguinis usu venit, aliquando interierunt. Affectum tutius solvit sudor, si is copiose effundatur; nam in *Hydropicis* non ita multum humescit cutis. Morborum jocinoris hic esto finis.

Unde et quinam jecore laborent.

Si Jecur suppuret, * * * juvenes, aliique usque ad constantem aetatem: minus feminae. Causae sunt, imbecillitas, et valetudo longa, praesertim post *Dysenteriam*, et Συντήξιας, id est *Tabes:* siquidem etiam istos Συντηκτικὲς, id est *Tabe-*

fa-

(x) Hippoc. Aph. 14. §. 6.

Digitized by Google

factos, appellarunt, qui post *ulcera jocinoris* extenuati interierint *(y)*.

DE LIENIS AFFECTIBUS.

Cap. XIV.

Lieni familiaris longus est affectus, qui *Scirrhus* dicitur; sed viscus hoc non ita facile *suppurat*. In *Scirrho*, subest dolor non asper, tumor autem ingens, ipsius Lienis superficie major: siquidem Lienis in dextra parte visus est, ita intumescens, ut totum usque ad jecur intervallum occupaverit. Quae res multos decepit, qui Scirrhus.

L 2

(y) Ibidem, et alia multa iis, quae in hoc capite continentur, similia habet *Archigenes*, apud Aëtium Tetrabib. 3. Serm. 2. c. 4. et 5.

Digitized by Google

qui hunc non lienis, sed membranae affectum esse crediderunt; etenim *Peritonaeum* inflammari existimabant. Ceterum in *Scirrho*, lienis hujusmodi plerumque est: durus ac renitens, tanquam lapis; sub quo ingens premit molestia.

Suppuratio. Quod si *suppuret* etiam, mollior est, et in vertice, qua pus nascitur, tactui cedit: sed illic, ubi puris expers est, resistit. Nonnunquam Lienis totus in ventre suspenditur, et huc illucve impulsus recedit, quamdiu parvus remanserit, et fluctuandi spatium habuerit. Nausea et anxietas tum maxime premunt, cum instat ruptio.

Incrementum. Incrementi notae sunt, febres, dolores, horroresque; etenim hi plerumque comitantur; interdum tamen paululum incalescunt, horroribusque ac doloribus vacant; quae causa est, cur *Abscessus* in *Liene* notitiam aliquando effugiat: quia viscus rarum est, et, etiam in sanitate sensus expers.

Digitized by Google

pers. Tumidi sunt: aqua inter cutem refecti: coloris ex atro viridique permixti, inquieti: spiritus aegre trahitur, quasi pondere quodam opprimeretur pectus; malum enim perquam noxium est. Venter usque ad summum *spiritu* repletur crasso, nebulosoque, et ad speciem humido, cum revera adhuc non sit humidus; magna tussiendi cupiditas, sed pauca tantum et sicca extundunt. Alvus siquid infra reddit, id aquosum est, et primo malis aliquid demit: postea, si largius profluxerit, hominem extenuat quidem, sed nihilominus juvat.

Quod si rumpatur jam *Abscessus*, pus utique purum, et concoctum non exit: sed subalbidum, et cinereum, et quandoque foeculentum aut livens. Et si *Vomica* profundior fuerit, niger quidam fertur humor, et aliquid una ex consumpti Lienis succo exprimitur; quibusdam etiam integrae visceris partes exeunt: siquidem lienis est naturae dissolubilis. At si *ulcus* Abscessus Ruptio.

Digitized by Google

non ſaneſcit, ſed in longinquum tempus extrahitur, cibum faſtidiunt: malo ſunt corporis habitu, tumidi, aſpectu foedi: crebra per univerſum corpus, ac praeſertim in cruribus, oriuntur ulcera, rotunda, livida, cava, ſordida, ſanatu difficilia; atque ita conſumpti intereunt.

Tumor durus. At in exiguo *Tumore* cum duritia et renixu, abest dolor, quo fit, ut hi vitam longius producant; ſed ſi ab affectu ſuperentur, neceſsario *Hydrops*, aut *Phthisis*, et corporis *Tabes* ſupervenit; quo mortis modo e vita decedunt.

Unde et ubi, et quos haec invadant. Pueri et adoleſcentes morbis his facilius implicantur, et facilius liberari poſsunt; ſenes non ita ſaepe corripiuntur, ſed affecti nequaquam convaleſcunt; ſeniores etiam nonnulli ſine mali notitia, *vitio Lienis* ſunt abſumti: nam ex parvo *Tumore*, hi feruntur in exitium. Hos affectus morbus infert longus, tabificus: et adoleſcentibus praeſertim otium, cum

post

Digitized by Google

post certamina, multasque exercitationes, corpus desidiae tradiderint. Iisdem opportuna sunt loca palustria: aquae crassae, salsae, virosae. Ex tempestatibus autumnus gravis.

DE ICTERO SIVE MORBO REGIO.

Cap. XV.

Si bilis coloris flavi, ovi vitello similis, vel crocei, vel ex atro viridique permixti, per omne corpus, ex aliquo viscere, diffundatur, morbus vocatur *Icterus*. Is in acutis affectibus, cum periculo fit; etenim non modo, cum ante septimum diem (z) ortus fuerit, mortem solet in-

(z) Hippoc. Aph. 62. §. 4.

Digitized by Google

ferre, sed etiam post hunc superveniens plurimos interemit: quod tamen raro evenit, si febrem iste perfecte judicaverit; verum ipse non ita facile discutitur.

Icterus ex jecore

Contrahitur autem non ex jocinoris tantum, ut quibusdam Medicis videtur, sed ex ventriculi quoque, et lienis, et renum, colique intestini vitio. Porro, in *Jocinore*, ita fit; si jecur *inflammatione*, aut *scirrho* laboret, cibusque non rite in eo conficiatur, is in jecore bilem creat, quae per vesicam, in hoc viscere sitam secernitur. At si viae, quae bilem in intestina deferunt, vel *inflammatione*, vel *scirrho* obstruantur, et ista exundet vesica, bilis retro fluit: itaque sanguini commiscetur, qui per omne corpus dimanans, bilem quoque in omnia membra secum trahit; inde corporis species bile tingitur: stercus autem album est, argillaeque simile, neque bilis colore tinctum, quoniam humoris istius affluxu caret; unde alvus etiam sicca est,

Digitized by Google

est, quia bile neque madefcit, neque stimulatur; color est ex ſpecie albida.

Quod si a *Liene* oriatur *Icterus*, color est ex atro viridique permixtus; nam istius viſceris alimentum nigrum est, quia ſanguinem atrum quasi deterget, ejusque ſordes lienis, cum afficitur, neque ſuſcipit, neque elaborat: eae vero cum ſanguine ubique diducuntur; quamobrem, in *Ictero a Liene*, color est, qualem eſse ſupra diximus: aſsueta quoque stercora magis nigreſcunt, quoniam id alimenti, quod abundat in liene, tanquam recrementum, per has vias expellitur. Ex liene.

Fit etiam ex *Colo*, et *ventre icterus*, si in utroque vitiata sit concoctio, nam et in colo haec efficitur, ab eoque ad jecur deducitur alimentum; itaque si aliunde cibum jecur crudiorem ſuſceperit, proprium quidem opus conficit, alienum autem omittit: nam, in diffundendo ſan- Ex colo, et ventre

Digitized by Google

guine, eam partem, quae a colo inconfecta remanet, ubique distribuit: at ea, quae a colo est, inconcoctio bilem facit.

Ex aliis partibus.

Ita ex alio quovis viscere oriri potest *Icterus;* non ex iis tantum, quae alimentum ad jecur mittunt: sed ex illis etiam, quae id a jecore recipiunt. Neque enim alimentum, per canales tantum sensibus expositos, sed vel multo majorem ejus partem universo corpori, natura per vapores subministrat, qui ab omni in omnem partem facile transeunt, a natura etiam per solida atque densa, diducti; itaque vapores hi bile inficiuntur, et cuicunque parti insederint, eam calore suo tingunt. Cum laborat *Colon*, excretio non est albida: quia jecur neque in creanda bile noxam patitur, eique in intestina patentem habet exitum.

Ex habitu corporis.

Valentissimus etiam est, ad gignendum *Icterum*, *totius corporis habitus:* quia jam in toto homine sub-

est

Digitized by Google

est causa. Id autem hujusmodi est; ubique inest calor, concoctioni inserviens: ubique humorum procreatio ac secretio, aliorum quidem alia, sed singulis quaedam propria; in carne, sudoris, in oculis lachrymarum: in articulis, naribusque, muci: in auribus, ceruminis. Itaque si, in singulis his operibus, quasi delassetur calor, ipse in acre quoddam atque igneum immutatur, humoresque omnes in bilem abeunt; ignis enim id, in quod operatur; amarum reddit, ac bile tingit. Et si in sanguine cruditas fuerit, is bilis speciem refert, et in omne corpus, nutrimenti loco, diffunditur; quapropter ubique bilis conspicitur. Acerbum sane malum, color specie horridus, qui in istis apparet aureus, neque enim, quod in lapide pulchrum est, id etiam hominem decuerit. Mihi vero nomen *Icteri* supervacaneum videtur exponere: excepto, quod in animalibus terrestribus et quadrupedibus, quae Ικτίδες, id est *Viverrae*, appellantur, oculi hujusmodi colore tincti sint. Icteri nomen.

Spe-

Digitized by Google

Icteri ſpecies et earum cauſae.

Species autem mali ſunt duae. Color enim aut in flavum, atque croceum, ejus generis, quod ex albo viridique constat; aut in lividum, atrumque convertitur. Ejus rei cauſa est bilis ſpecies diverſae; altera flava, tenuis, perſpicua, tenuioris generis, quam illa, quae ad lividum atrumque ſpectat, et colore ſaturo, tanquam crocus, aut vitellus ovi, quae ad eandem ſpeciem refertur; altera nigrior est, porri, aut Iſatidis herbae similis, atra; inter haec autem infinitae ſunt colorum varietates, quae a calore et humoribus efficiuntur. Ejusdem rei viſcera quoque cauſae ſunt; si flavum sit, ut jecur: aut lividum, ut lienis. Et si ex viſcere aliquo oriatur *Icterus*, ut ex jocinore, jecoris apparent notae: si ex liene, signa lieni propria: itemque in singulis aliis ſua prodeunt indicia; quae nisi exstent, morbus fit ex totius corporis habitu. Cutis etiam in albiſsimis oculorum partibus perlucida est, et in fronte, juxta tempora, in iisque, qui natura albidi ſunt.

Digitized by Google

sunt, ex levi *Ictero* magnus efflorescit color.

Ceterum ii, quos *Icterus* invasit *niger*, colore inficiuntur ex atro viridique permixto: horroribus corripiuntur: imbecilles sunt: ignaviae cedunt: animo demissi, foedos odores sentiunt, et amarum habent gustum: cibum non concoquunt, et fastidiunt: vigiliis premuntur, mente dejecti sunt, et *Melancholici*. Icterus niger.

At in *Ictero albiori*, colore sunt ex albo viridique mixto: animo hilariori: cibum sumere piget, sed ubi ceperint, satis commode esitant, et melius, quam priores concoquunt: alba sicca, argillae similia dejiciunt: urinam reddunt flavam, pallidam, croci colore tinctam. Icterus albus.

In utraque specie, totum corpus prurit, calor in naribus, exiguus, sed mordax; bilis enim partes vellicat. Amarorum gustus non est amarus; quae res profecto mira est, neque

Digitized by Google

que dulcis tamen: dulcium vero amarus, etenim bilis, quae in ore, linguae insidet, gustui prius occurrens, quam esca, sensum istum decipit: eamque lingua imbibens, cibos non sentit; porro antea, per abstinentiae tempus, quiescit bilis, neque lingua solitum gustum aegre fert: at si cibis excitata, bilis efferbuerit, iis haec objecta linguam exstimulare consuevit, itaque si esca sit amara, amari etiam est sensus: si dulcis ista, biliosi fit gustus, quia hanc bilis perceptio anticipat. Quare falluntur isti, qui amara videri dulcia existimant, cum res secus se habeat; quoniam enim, cum amarum quid in ore teneatur, amaritiem, propterea quod huic, ex morbi natura, assueverint, non percipiunt, id dulcescere arbitrantur: cum, ex amaris dulcibusque cibis, idem sensus excitetur; ciborum itaque fallentium velamentum quoddam est bilis.

Pericli differentia.

Affectus hic, si absque visceris cujusvis inflammatione oriatur, plerum-

rumque sine noxa est, sed diu inhaeret; at si vetus etiam esse coeperit, et praeterea viscus aliquod inflammetur, in *Hydropem* ut plurimum, et *Cachexiam* desinit, multi quoque sine *Hydrope* consumpti intereunt.

Huic adolescentes, juvenesque opportuni sunt, quibus minus etiam officit; eodem pueri neque infrequenter admodum, neque penitus secure laborant. Aetates huic opportunae

DE CACHEXIA SIVE MALO CORPORIS HABITU.

Cap. XVI.

Omnibus pariter affectibus originem praebet *Malus Corporis Habitus:* Siquidem ex hoc morbi procreantur om- Cachexiae definitio.

Digitized by Google

omnes. Sed et hîc ipſe, quando corpus, ex malorum medicamentorum aſsumptione, magna materiae quasi lutulentae copia vitiatur, citra quemvis alium affectum, protinus ab initio morbus fit per ſe. Et *malus* quidem *habitus*, ſaltem in levi gradu, omnibus affectibus communis est: et hunc ſymptomata multa comitantur, cui rei nomen ipſum signo est; fitque extenuatio, aut pallor, aut tumor, aut aliud quid in corpore ad tempus permanens. *Cachexia* vero unius cujusdam affectus ingentis ſpecies est, idque ei nomen inditur. *Bonus* enim hominis ad omnia *habitus*, et ad cibi concoctionem, ejusque distributionem, (quod ſanguinem procreat) et ad ſingula naturae opera, reſpirationem reddit facilem, vires firmas, colorem vividum, et ſanitatem aſsuetam facit. At si natura imbecillis fuerit, utpote in vitioſos humores immutata, id mali genus *Cachexia* est.

Morbus

Digitized by Google

Morbus hic ſanationem aegre recipit, et diutiſsime inhaeret, siquidem longo quoque tempore procreatur, neque ex uno aliquo corporis vitio, neque in uno quovis viſcere generatur, ſed ex omnium rerum permutatione in deterius; quocirca morbi, qui ab hoc enaſcuntur, inſanabiles evadunt, sive *Hydropes*, sive *Phthiſes*, sive *Tabes*: *Tabi* enim cum *Cachexiae* causis quaedam intercedit cognatio. Morbus iste parva quaedam est et continua *Dyſenteria*, ſed quibusdam affectus per intervalla revertitur: neque enim cibi cupiditas abest, ſed contra multum aſsumunt: is autem crudus immutatusque digeritur, quoniam alimenti confectio ad concoctionem neceſsaria, desit. Cauſa morbi ſolet eſse, vel *Haemorrhoidum* profluvii ſuppreſsio, vel usitatae vomitionis deſuetudo, aut exercitationum omiſsio, aut ſudorum exsiccatio, aut ab ingentibus laboribus otium. Natura et cauſae

Digitized by Google

Sign. Quando enim horum singula, quae aderant, non amplius revertuntur, tunc sequitur corporis gravitas: pallor subinde rediens, alvus inflatur, oculi concavi, somni graves, torpidique. At haec, si vago more invadant, morbi imbecillitatem significant; sin confirmata inhaereant, neque depelli possint, malum vehemens censendum est. Aegro stante, pedes illi tibiaeque intumescunt: eodem decumbente, partes inclinatae in tumorem assurgunt: et si decubitum immutaverit, tumor etiam in alium locum transfertur. Frigoris et humoris cum gravitate fit circuitus, nam si calor humorem evaporet, cum ille non jam per corpus dimanet, hic rursus influit. Multos utique cibos appetunt, et valde sunt edaces; alimentum citius digeritur, quam concoquitur, idque crudum et inconcoctum in corpus abit: nam ejus haud elaborata est confectio; neque vero idem, in universo corpore, a natura concoquitur: quia eadem est, in ventriculo, et in toto

cor-

Digitized by Google

corpore, caloris imbecillitas; quapropter sanguis, neque bonus, neque recti coloris procreatur.

Cumque crudis corpus omne succis jam refectum fuerit, et cibi cupiditas desierit, *Cachexia* ad ventriculum usque eodem modo serpente, morbique consistente jam incremento, tumidi et imbecilles fiunt, et negotio cuivis aversissimi; alvus sicca est, et stercora plerumque, sine bile, albida, aspera, et cruda dejicit. Corpus aridum est, sudoris expers, pruriginosum: somnus neutiquam firmus accedit, sed ubi decubuerint, dormituriunt, spiritum lente trahunt, pulsus obscurus, debilis, creber, et post levem quamlibet actionem, creberrimus: ubi respiratio etiam cum anhelitu fit. Venae in temporibus elatae, eo quod caro adjacens emarcuerit: illae quoque, quae in carpis sunt, multo majores redditae, in tumorem attolluntur; sanguis atro colore cum viridi intinctus. His superveniens *Phthisis*, aut *Tabes Hydro-* Status.

dropem, sive hunc, qui *Anasarca*, sive illum, qui *Ascites* dicitur, inducit; quorum procreatio nullam omnino sanationem recipit.

Aetates et tempora huic opportuna.

Cachexiam infert, ex aetatibus, senecta, neque mortem haec evadit; pueri facile tentantur, et facilius etiam convalescunt; aetate consistentes huic affectui non ita valde patent, sed nec eo ita facile liberantur. Idem neque una tempestate invadit, neque una desinit; sed, autumno, creatur: hyeme, alitur: vere, ad summum perducitur: aestate interimit *(a)*.

ARE-

(a) Quaedam *Archigenis*, de *Cachexia*, leguntur apud *Aëtium*; Tetrabib. 3. Serm. 2. c. 19. quorum aliqua his similia sunt; alia, de aetatibus huic malo opportunis, plane contraria. Ejusdem in morbo hoc curandi ratio illic habetur: *Aretaei* vero, de eadem re, praecepta, temporis injuria, desunt. Principaliter ejus *Curationem*, uti narrat *Coelius*, ante *Themisonem Methodicae* sectae Authorem, nullus ordinavit. (Morb. Chronic. L. 3. c. 6).

Digitized by Google

ARETAEI
CAPPADOCIS,
DE
CAUSIS ET SIGNIS
DIUTURNORUM
MORBORUM.

LIBER SECUNDUS.

Digitized by Google

De Hydrope. Cap. I.
De Diabete. II.
De Renum Affectibus. III.
De Vesicae Affectibus. IV.
De Gonorrhoea. V.
De Stomachicis. VI.
De Coeliaco Affectu. VII.
De Colicis. VIII.
De Dysenteria. IX.
De Lienteria. X.
De Uteri Affectibus. XI.
De Arthritide, et Ischiade. XII.
De Elephantiasi. XIII.

DE

Digitized by Google

DE
HYDROPE.

Cap. I.

Hydrops malum non modo visu injucundum est, sed et perpesu grave, nam ex eo pauciſsimi evadunt, idque felicitate quadam, ac *Deorum* potius, quam artis, auxilio: majoribus enim soli *Di* medentur malis. Hic enim, aut in nobili viscere delitescens morbus totum corpus in malum permutavit habitum: aut ipsum corpus, velut pestilentia quadam universe prius affectum, viscera in pravos humores convertit; ubi utraque vicisim inter se in perniciem hominis consPirant, neque ulla pars noxae expers remanet, quae vel mediocrem naturae opem possit afferre. Est autem fluxio frigida, crasa, quasi nebula, quae totum corpus Hydropis natura.

Digitized by Google

humectat *(a)*, aut humidae frigidaeque causae conversio, quae hominem in ejusmodi habitum permutat. Neque enim humorem, in inferiori ventre collectum, *Hydropem* appellamus; siquidem in hoc loco vitium non est. Sed cum morbum tumor sequitur, et inflatio, et coloris foeditas, hic in aquam habitus colliquescens et est *Hydrops*, et ita dicitur. Nam tametsi aqua interdum sponte prorumpat, vel incisis praecordiis emittatur, morbus tamen *Hydropicis* confirmatus remanet. Praecipua hujus mali causa est *Malus Habitus*.

Species. Species autem variae sunt, quae diversa etiam habent nomina. Nam si humida quaedam suffusio circum ilia fluctuet, et, ex inflatione, tympani sonum quodam modo venter ictus referat, *Tympanias* vocatur.

Tympanias.

At

(a) Simile quid habet *Hippocrates*, in libro de flatibus.

Digitized by Google

At si multum aquae in *Peritonaeo* continetur, humorique intestina innatant, *Ascitem* dicimus. Verum si in ilibus nihil horum fiat, sed universum intumescat corpus, idque alba, frigida, et crassa pituita repleatur, *Phlegmatiam* nominamus. Si vero in humorem grumosum, aqueum atque tenuem, colliquescat caro, Hydrops ἀνὰ σάρκα, id est, *inter cutem*, dictus oritur. Periculosa sane horum singulorum constitutio est, multo tamen pejor plurium inter se commixtio; nam eorum, qui in ilibus fiunt, alter alteri ex his, qui totum corpus occupant, consociari nonnunquam potest. Pessimum autem est, si *Tympanias Anasarcae* jungatur: nam ex his, qui in ilibus contrahuntur, *Tympanias* per se gravior est *Ascite:* et ex istis, qui in toto corpore subsistunt, *Leucophlegmatias Anasarca* levior. Itaque mitis videtur, ut in rebus fere desperatis, minor cum minore pariter altero mixtus. Gravius autem malum est, si unus ex minoribus majorum alteri

Ascites.

Phlegmatias.

Plurium mixtio.

Digitized by Google

jungatur. Id adhuc vehementius est, si majores duo perfecte coeant in unum.

Aſcitis ſigna. Notae vero adſunt maximae, quae viſui, tactui, et auditui facillime patent. Nam in *Aſcite*, tumor in ilibus pedibusque aſpicitur: vultus, et brachia, aliaeque partes extenuantur: testiculi cum praeputio intumeſcunt, totusque colis ex tumoris inaequalitate tortuoſus fit. Si partem aliquam ſecundum ilia, impreſsa manu, intro pellas, humor in aliam partem transfluit: verum etiam, ubi corpus hac illacve convertitur, ad inclinatum latus aqua tumorem ac fluctuationem facit, cujus etiam exaudiri potest ſonus; porro si digitum ullibi imprimas, locus cavus fit, et ita diu permanet. Haec utique ſunt *Aſcitis* signa.

Tympaniae ſignaa. *Tympanias* autem, praeterquam quod in eo tumor videtur, auribus quoque ſonum reddit: nam si ventrem manu percuſseris, abdomen reſo-

ſonat; neque, in conversione corporis, ſpiritus locum mutat: ſpiritus enim natura est, ut quanquam locus ambiens ſurſum vel deorſum inclinet, ipſe maneat undique aequalis; at si ſpiritus in nebulam quandam et aquam immutetur, (siquidem ex *Tympania* fieri potest *Aſcites*), is etiam locum mutat, et si perfecta nondum fuerit conversio, ex dimidio tantum fluit.

Anaſarcae, et Leucophlegmatiae ſigna

Ceterum, in *Anaſarca*, et *Leucophlegmatia* vacua ſunt ilia: vultus et brachia intumeſcunt: quaeque in aliis inania reperiuntur, in his humore opplentur. Nam in *Leucophlegmatia*, alba, craſsa, et frigida contrahitur pituita, qua corpus totum impletur: facies, collum, atque brachia in tumorem attolluntur: unde abdomen etiam craſseſcit: mammae quoque aſsurgunt juvenibus, iisque, qui in aetatis flore consistunt. Verum in *Anaſarca*, caro in humorem carnis similem colliqueſcit: et concreta quaedam et cruenta ſanies, qualis ab intestinorum fertur ulceribus,

qua-

Digitized by Google

qualisve fit in membro ab incidenti onere contuſo, ſicubi ſuperficiem incideris, ex ea plerumque effluit. Ceterum, cum duae ſimul ſpecies commiſcentur, utriusque ſubſunt notae.

Signa omnium communia.

In omnibus pariter contingit, pallor, ſpirandi difficultas, ac tuſsis ſubinde repetens: tardi ſunt, atque admodum pigri: cibum faſtidiunt, vel ſiquid aſsumant, quanquam exiguum, quodque inflare non aſsuevit, inflationibus replentur, et diſtentiones, tanquam ex nimia ſatietate, percipiunt: corpus madore vacat, quo fit, ut vel in balneis ſudor ex his nequeat elici: albidi, et effoeminati ſunt. At hi, qui *Anaſarca* laborant, colorem habent ex atro viridique permixtum, venas quoque nigras, quae, in *Aſcite*, ac *Tympania*, conſpicuae ſunt, et in vultu, et in carpis, et in abdomine: omnia vero, in *Anaſarca*, et *Leucophlegmatia*, prae tumore penitus occultantur. Somni graves, torpidi, exigui: animi dejectio, et parſimonia,

et

Digitized by Google

et vivendi desiderium. Patientes sunt, non ex alacritate, ac bona spe, velut ii, qui prosperis rebus utuntur, sed ex ipsa morbi natura: cujus rei causa exponi non potest, sed mirari tantum id licet, quod sane magnum est; namque in aliis haud omnino perniciosis affectibus aegri demissi sunt, et dejecti, et mortis cupidi: sed in his, bonae spei, et amantes vitae; quas duas res contrarias ipsi efficiunt morbi.

Hydrops nonnunquam repente contrahitur e copioso frigidae potu; cum prae siti quis multam avide aquam hauserit, quae postea fuerit in *Peritonaeum* delata; unde fit, ut in utroque ventre refrigeretur innatus calor, ac deinde in ilia guttae confluant, quae antea per transspirationem evaporatae digerebantur. Id itaque si inciderit, curationem facilius recipit, priusquam viscus aliquod, aut totus homo sit affectus. Ceterum et cibus inflans, et crudi- Causae.

tas,

Digitized by Google

tas, et *Buprestes Hydropes* aliquando procreant.

Aetates his obnoxiae.

Est autem malum omnibus commune, et viris, et foeminis, et aetatibus, cum eo tamen, ut alii in aliam speciem magis proclives sint. Pueri *Anasarcae*, et *Leucophlegmatiae* patent. Juvenes, usque ad constantem aetatem, his, qui circa ilia fiunt, implentur. Senes omnibus opportuni sunt, quia calore vacant; senectus enim frigida est, sed humoris copiae contrahendae inidonea: quamobrem his *Tympanias* frequentius incidere consuevit.

Periculi in his differentiae.

Ceterum omnes species periculosae sunt; *Hydrops* quippe, omnium morborum perniciosissimus est. Ex his vero levissimus videtur *Leucophlegmatias*; nam multae variaeque hujus prospere finiendi offeruntur occasiones: et, soluto jam *Hydropico* habitu, aqua per sudorem, aut urinam, aut alvum prorumpit. Gravis autem *Tympanias*, eoque gravior ad-

Digitized by Google

adhuc *Anaſarca* est; nam in hoc affectu Medicus totum permutare debet hominem, quod ne a *Dis* quidem facile potest effici *(b)*.

Porro in exigua nonnunquam parte, *Hydropem* homo patitur; ut in *Capite*, qui affectus vocatur *Hydrocephalus (c)*: aut in *pulmone* tantum: aut in *jocinore*: aut in *liene*. Hydrops partis.

In

(b) Curatio *Hydropis* in *Aretaeo* deeſt. Quaedam *Archigenis* ſuperſunt apud Aëtium; Tetrabib. 3. Serm. 2. Epithemata ſcilicet *Hydropicis* accommodata: c. 22. Malagmata ad humorem evacuandum: c. 23. potiones ad urinam ciendam, et per alvum humores educendos: c. 26. locorum tumentium pulſatio per veſicas inflatas, ab eodem et *Herodoto Pneumatico* praecepta: cap. 29. *Hydropicorum* Chirurgia ex *Archigene* et *Leonide*: c. 30. eorundem Diaeta, ex *Archigene* c. 32.

(c) *Hydrocephali* ſigna, et curatio, ex *Leonide Pneumatico* habentur apud Aëtium L. 6. cap. 1.

Digitized by Google

In foeminis etiam eodem modo laborat *uterus*, quod reliquis facilius quoque curatur; nam si ejus oſculum ex pristina constrictione relaxari coeperit, iste vel humorem intro concluſum profundit: vel ſpiritum, si is illic retentus fuerit, efflat; at siquid ex *Anaſarca* patiatur *uterus*, tota plerumque mulier *Hydropica* est.

Hydropis ſpecies ſingularis

Aliam quandam *Hydropis* ſpeciem videmus, quae hujusmodi est: vesiculae exiguae, crebrae, humore plenae, in loco, ubi fieri ſolet *Aſcites*, continentur; ceterum, et humori multo innatant. Hoc hujusmodi affectus indicium est: si perforato abdomine, liquorem educas, postquam pauliſper fluxerit, vesicula intus occludet exitum: at si instrumentum rurſus immiſeris, iterum aqua profluet. Id genus mali grave est; quaenam enim istis inveniri potest exeundi via? ſunt quidem, qui tales vesiculas per intestina prodiiſse memorant; quod equidem ipſe nunquam vi-

Digitized by Google

vidi, ideoque in ſcriptis nihil affirmo. Neque ſane, quid de hac re dicam invenio; nam ſi ex colo, aut ventriculo, provenerint, quonam pacto coagmentari poterant? etenim exitus per ſedem ad omnium rerum excretionem, lubricus eſt, ac patens. Aeque etiam incredibile eſt collectionem in ilibus fuiſſe factam, ac deinde per viſcerum ruptionem apertum eſſe transitum; ſiquidem neque innoxium eſt, neque citra perniciem fieri potest intestini vulnus.

DE
DIABETE.

Cap. II.

Mirus quidam affectus eſt *Diabetes*, neque inter homines admodum frequens. Est autem carnis membrorumque in urinam colliquatio. Hujus, quemadmodum in *Hydrope*, cau-

Diabetis natura.

Digitized by Google

ſa est humida, ac frigida. Per aſſuetas autem vias, renes ſcilicet, et vesicam, humor profluit. Neque enim ceſsant unquam mingere, ſed, veluti cum aperiuntur rivi, continua ſit effusio. Morbus hic longo tempore naturaliter inhaeret, longoque tempore procreatur. Sed ubi jam conſummata ſit ejus constitutio, homo non diu ſuperest: nam cita colliquatio est, et festina mors. Vita etiam foeda, ac prae dolore inquieta; sitis intolerabilis: potiones multae, quarum tamen modum excedit urina multo abundantior: neque eos quisquam, vel a bibendo, vel a meiendo, inhibeat. Nam si vel temporis punctum a bibendo sibi temperent, os inareſcit, corpus siccum est: viſcera ſua exuri videntur *(d)*: mo-

(d) Haec ex *Aretaeo* ſe deſumere teſtatur Aëtius; cujus verba ſunt: *Aretaeus* etiam addit: viſcera ipſis uri videntur: anxii ſunt, ac animo dubii, et non longe poſt moriuntur; igne amplius ar-

Digitized by Google

moleste atque anxie agunt, neque ita multo post e vita decedunt: siti

ardere se putant, acceditque sitis et mictio festina. Sed quamvis aliquando parumper urinam retineant, intumescunt lumbi, testes, et coxae. Quod si adhuc amplius mordens caliditas in visceribus augeatur, superior venter corrugatur, et venae in ipso elevantur; universum habitum gracilem habent, et tabes totius corporis gravis accedit. Porro alii sunt, qui non mingant, neque ex eis alias potatum transspirat; quare ob potus insatietatem, et humoris inundationem, et veficae circumtentionem, acervatim ventre rumpuntur. Haec ex Cornarii versione; Tetrabib. 3. Serm. 3. c. 1. siquidem ea pars *Aëtii*, in qua haec continentur, *Graece* nunquam in lucem prodiit. Tamen vel hinc manifestum est, *Aëtium Aretaei* verba, non sine sententiarum quarundam omissione, exscripsisse. Unde etiam factum est, ut ultima ista verba ad hos, qui *Diabete* afficiuntur, referat; cum *Aretaeus* de hominibus a *Dipsade* morsis loquatur. Haec enim signa ad eos pertinere, qui ab illo serpente sauciati sunt, ex ipso *Aëtio* evin-

interim, velut igne succensa, vexantur. Mictum vero ipsis quaenam ratio suppresserit, aut quaenam tanta verecundia est, ut dolore sit potentior? nam si paulisper urinam continuerint, intumescunt iis lumbi, testiculique, et coxae, et si hanc reddant, confertim et copiose mingunt, partesque tumidae subsidunt, quoniam humoris exundatio in vesicam defertur.

Quod

---

evincitur; qui a *Dipsade* morsorum notas his verbis describit: Sequitur ab ea morsos sitis intolerabilis plane, adeo ut etiamsi multus eis potus exhibeatur, sitis non sedetur; et tamen neque per urinas, neque per vomitum, neque per sudores quicquam excernitur. Duobus igitur pereunt modis; aut ob multam sitim exusti, si potum non sumant; aut ob multam expletionem distentus rumpitur venter, vel inferne circa inguina, vel circa imum ventrem, quemadmodum in *Hydropicis* fieri consuevit. (Tetrabib. 4. Serm. 1. cap. 22).

Digitized by Google

Quod si malum jam consumma- Morbus advenatus.
tum fuerit, id evidenter apparet; sed ubi instat, oris adest siccitas: saliva alba fit, et, tanquam in siti spumans, sitis tamen nondum premit; praecordiorum gravitas: At ubi jam invasit morbus, sensus quidam frigoris, aut caloris percipitur, a ventre ad vesicam pertingentis. Urinae aliquanto plus, quam ex consuetudine excernunt: sitis fit, sed nondum vehemens.

Ubi vero magis increverit, calor Incrementum.
exiguus quidem, sed mordax visceribus inhaeret: abdomen rugosum: venas exstantes habent, totumque corpus tenue: jamque urinae profluvium ac sitis magis, magisque augescunt, et cum extremum colem vitii consensus attigerit, urinam illico profundunt.

Atque hinc equidem affectum Diabetes unde dictus.
Diabetem vocatum esse arbitror, perinde ac si Διαβήτην, id est, *Siphonem* hunc dixeris; quia humor in

Digitized by Google

corpore non remanet, sed homine, tanquam canali quodam ad effluendum utitur. Ad aliquod tempus durant, licet haud admodum diu: quia cum dolore mingunt, et colliquatio cita est; neque enim ex potione quippiam memorabile in corpus abit, et carnium magna pars cum urina emittitur.

Causae. Hujus mali causa acutus aliquis morbus esse potest, qui, per crisim maligni quoddam in corpore clam relinquens, in hoc vitium postea desierit. Neque incredibile est, perniciosum aliquod venenum ex his, quae renes et vesicam infestant, causam hujus morbi aliquando existere. Quin etiam, si quem serpens momorderit, quae *Dipsas* appellatur, idem affectus ulceri supervenit, *Dipsas* enim, animal reptile, in eo, quem morsu vulneraverit, sitim accendit immodicam: isque plurimum bibit, quod tamen siti non medetur, cum interea, prae inexplebili potionis desiderio, ven-

Digitized by Google

venter exundet. Ac sicuti forte ex distentione doleat et gravetur alvus, ideoque a bibendo homo paulisper abstineat, rursus tamen siti coactus, affatim potat, atque ita haec sibi invicem succedunt mala; nam et sitis, et potio in perniciem hominis inter se conspirant. Quidam ex his urinam non reddunt, neque humor epotus per alia quaevis corporis spiramenta excernitur; quo fit, ut ob insatiabilem bibendi aviditatem, et inundationem humoris, ventrisque distentionem repente disrumpantur.

DE RENUM AFFECTIBUS.

Cap. III.

Renes natura glandulosi sunt, sed colore rubicundiores, jocinori potius similes, quam mammis, testiculisque: De Renibus.

Digitized by Google

que: Hi enim glandes sunt, sed albidiores; renes autem testiculorum figuram referunt, magis lati tamen et incurvi. His sinus insunt exigui, collo angustiori, percolandae urinae inservientes; ex quibus nervosi duo exeunt, fistularum instar, canaliculi, qui vesicae humeris utrinque inserruntur: et ab utroque Rene aequalis est ad vesicam urinae via.

Renum affectus.

Circa Renes et Canales hosce, multi variique oriuntur affectus; quorum alii sanguinis profluvio, et febribus, et inflammationibus, acute interimunt: (horum autem supra mentionem fecimus) alii longo temporis spatio hominem tabe absumunt, et quanquam non statim mortiferi sint, curari tamen nequeunt, et usque ad mortis diem comitantur. Itaque ex diuturnis malis sunt, *Abscessus, Ulcera, Calculorum procreatio, sanguinis profusiones. Ulcera* ex *Abscessu*, in homine omnia diutissime inhaerent et ad sanitatem aegre perducuntur.

Cal-

Digitized by Google

Calculorum procreatio longa est; Calculus.
et ex iis obstructiones cum ingenti dolore fiunt, quia perdifficiliter transeunt: ad haec, torquet urinae suppressio. Quod si plures et exigui fuerint, et viam, se se invicem apprehendentes, interludant, vel unus, propter ejus magnitudinem, locum obstruat, ac idem in utroque Rene contingat, ex urinae suppressione, partiumque distentionibus, mors intra paucos dies sequitur. Sed Natura sinus Renum oblongos, et Ureteribus aequales fabricavit, exiguis item *Calculis* ampliores: eo consilio, ut, si in superioribus partibus hi concrescerent, expeditum in vesicam iter invenirent. Hac de causa *Calculi* quoque sunt oblongi, quippe qui in ureteribus ut plurimum coagmententur, et quotquot his in locis crassitudine fuerint inaequali, in priori parte tenues sunt, propterea, quod ureteres angustiores sint: a posteriori crassiores, quia Renes deorsum vergunt. Oriuntur autem in Renibus tantum, sed in his, qui

Digitized by Google

igneo quodam calore efferveſcunt; neque vero in ureteribus ſedem habent, ſed per hos arenulae delabuntur, quae hujusce affectus et materia ſunt, et indicium. Verum ſiquis major *Calculus* in Renum sinu perſtiterit, dolor a lumbis circa muſculos, *Pſoas* dictos, ad medias usque costas procedit: quae res multos decepit, ita ut *Pleuritidem* hanc eſse arbitrarentur; coxarum gravitas: dorſum aegre incurvatur, et in anteriorem partem difficulter adducitur; torsiones cum dolore, et gravitate, et convolutione quadam, quia sinuoſum intestinum est. Quod ſi urina etiam exundet, accedit distentio, et mingendi cupiditas, ſicut in partu fit mulieribus: inflationibus replentur, quas transmittere nequeunt: febres inhaerent mordaces, atque aridae, lingua sicca: alvus astricta: extenuatum corpus; cibum faſtidiunt, aut ſiquid aſsumant, id, nonnisi aegre concoquere poſsunt, et digerere. At si in ureterem delabatur *Calculus*, corporis fit concuſsio, ſicut in horro-

rore: et calculi progredientis sensus, cum dolore violento. Ubi vero in vesicam deciderit, uberrima urinae aqueae sequitur profusio: alvus redditur: flatus expelluntur: stomachus consistit: ructus prodeunt: dolores conquiescunt; lacerato nonnunquam uretere, cum urina exit sanguis. At cum per colem transit *Calculus*; nova jam contentio est; nam si urethra major exstiterit, is diu inhaeret, et redundat vesica, et urina jam cum dolore vehementiori supprimitur: etenim una cum hac ureteres etiam opplentur. Aegerrime autem tortuosi exeunt: nonnullos enim hamatos vidi, et in meatibus obortas callosas quasdam caruncalas; ut plurimum autem, propter canalium rectitudinem, in figuram efformantur oblongam. Colore alii sunt albo, argillaceo: cujusmodi in pueris plerumque nascuntur; alii colore flavo, et croceo: qui in senibus magis reperiuntur; quibus etiam, in Renibus, *Calculus* usitatior est; pueris autem,

in

Calculi causae. in vesica. Concretionis horum causae sunt duae; in senibus, corpus frigidum, crassusque sanguis; frigus enim crassas materias citius cogit, cui rei indicio sunt aquarum naturaliter calidarum fontes, qui frigore in callosum quendam lapidem congelantur; at in pueris, limosa multa materies, a sanguine elixata, generandis *Calculis* originem praebet, tanquam ignis *(e)*. Hi sunt ex *Calculorum* procreatione affectus.

Sanguinis profluvium. Ceterum quidam per circuitus sanguinem mingunt *(f)*, quibus *Haemorrhoidum* profluvio similis est affectus, eademque corporis constitutio; etenim pallidi sunt, et segnes, et

---

(e) Eadem omnino cum his, de *Calculo*, habet *Archigenes*. (Aët. Tetrabib. 3. Serm. c. 4).

(f) His congruentia quoque scribit *Archigenes* (Aët. Tetrabib. 3. Serm. 3. cap. 3.) ubi etiam hujus affectus curatio est, quae in *Aretaeo* deest.

Digitized by Google

et ignavi: cibum fastidiunt, et aegre concoquunt. Cumque sanguinem profuderint, membra ipsis languida, et resoluta fiunt, caput tamen levius et expeditius. At si in circuitu nihil effluat, caput dolet: oculi hebescunt, et caligant, et circumrotantur; inde plurimos invadit *Epilepsia:* alii tumidi fiunt, obcaecatique, et *Hydropici:* alii in *Melancholiam,* aut *Paralysin*, decidunt; nam e sanguinis, qui profluere consuevit, retentione hi affectus enascuntur. Itaque si a Renibus feratur sanguis, is plerumque purus, et urinae impermixtus, exit e vesica. Is nonnunquam ex Renum ruptione ubertim ac repente effunditur, qui in grumos etiam concrescit; aliquando etiam in vesica, haud secus ac extra corpus, congelatur, et vehementem urinae suppressionem facit.

Ruptioni vero succedunt *ulcera* diuturna, quaeque sanationem aegre recipiunt. Horum indicium est, ramentum, aut rubicunda membra- Ulcera et abscessus.

nu-

Digitized by Google

nula, aranearum telae instar, excreta; aut pus albidum per urinam exiens, modo purum et sincerum, modo urinae mixtum. Si abſceſsus ſuperveniant, his eos signis licet dignoſcere; ſub veſperam, febres, horroresque: dolor et pruritus circa lumbos. Ac si rumpatur *Abſceſsus*, grumi purulenti, carnosique exeunt, cum albidae ſaniei excretione. *Ulcera* vero mordacia ſunt, modo pura, modo ſordida, id quod e pure colligi potest: urina etiam nunc cum odore foedo est, nunc sine hoc.

Quando haec accidant.

Ver *ſanguinis profluvia*, et *abſceſsus* parit; hyems autem, cum autumno, *Calculos*. Porro si *Calculis ulcera* ſuperveniant, morbi inſanabiles evadunt, cita colliquatio est, et in propinquo mors.

DE

Digitized by Google

DE VESICAE AFFECTIBUS.

Cap. IV.

Affectuum nullus in Vesica mitis est; acuti quippe inflammatione, et vulneribus, convulsione, et febribus acutis occidunt; *ulcus* autem, et *abscessus*, et vesicae *resolutio*, et grandis *Calculus*, tolli nequeunt. Vesicae Calculus Neque enim aut potione, aut medicamento huic rei accommodato, contineri potest, aut sine noxa excidi; tenues enim oportet vesicae partes incidere: quae res vel, intra unum diem, hominem rapit, vel, intra paucos, convulsionibus, febribusque interimit. Et nisi excidatur, urinam supprimit, et doloribus, febribusque, et colliquationibus aegrum absumit. At si non admodum grandis fuerit, urinae suppressiones frequentius incidunt, quia in vesicae

cae cervicem facile delabitur, et ibidem viam intercludit, hi quanquam per incisionem tutius, quam majores, evelli possint, vesicam tamen fauciare necesse est. Porro si quis ex hac re periculum mortis evaserit, in affectum tamen, qui Πόλος, sive *urinae profluvium*, dicitur, homo decedit; qui quidem morbus periculo vacat: viri autem liberales sustinere nequeunt, ut urina sibi continenter destillet, sive obambulent, sive dormiant, quod inter ambulandum, etiam inhonestum est. Perexigui tamen *Calculi* sine offensa exciduntur. At si *Calculus* adhaerescit vesicae, is molestiis, ac doloribus, et pondere, se se prodit, quanquam absit urinae difficultas, quae interdum tamen accedit. Ceterum omnes *Calculos* dignoscere possis, ex arenularum in urina sedimento *(g)*, pudenda etiam arriguntur: et

(g) Hipp. Aph. 19. §. 4.

Digitized by Google

et ubi micturientibus ſubest *Calculus*, dolor premit: colemque ſibi contrectant ac trahunt, quasi *Calculum* una cum vesicâ evulſuri. Conſentit etiam anus prurigine vexata: *Rectum* quoque, ex intentionum violentia, propendet intestinum, et opinio fit perinde, ac si jam excernatur *Calculus*; nam prope ſe invicem jacent Anus, et Vesica, quorum uno affecto, et alterum afficiatur neceſse est; quamobrem, in *Recti* inflammatione Vesica urinae difficultate afficitur: et in vesicae malis, ſedes nihil dejicit, quanquam haud sit alvus sicca. Hi utique dolores e *Calculo* proveniunt.

At *ſanguinis profluvium*, licet haud admodum acute interimat, ſpatio tamen plurimos abſumit. At ſi ex eo *Grumi* oriantur, urinae fit ſuppreſsio, et mors aeque, ac in *Calculo*, acuta. Quamvis enim ſanguis tenuis flavusque fuerit, neque concreſcendo admodum opportunus, hunc tamen per longum tempus ve- Sanguinis profluvium.

Digitized by Google

sica colligit, eumque calefaciens et elixans condensat, et ita *Grumos* efficit. Inde fit urinae suppressio, ad mortem inferendam valentissima; his autem supervenit acutus dolor: fervor acer: et linguae siccitas; ex quibus cum delirio moriuntur.

Ulcus. Sin a vulnere dolor excitetur, id utique mortiferum est *(h)*. *Ulcus* autem, quanquam haud protinus ab initio interimat, tamen ex febrium et inflammationum accessione insanabile evadit. Etenim vesica crassitudinis est admodum exiguae, nervusque natura existit: quapropter neque carnem contrahit, neque ad cicatricem facile perducitur; ad haec, urina biliosa et acris *ulcus* erodit. Communis etiam vesicae consuetudo impedimento est: quia in repletione distenditur, et cum inanis est, considit; itaque idem, quod articulus, in

(h) Hipp. Aph. 18. §. 6.

Digitized by Google

in extentione, et contractione patitur: atqui in articulo omnia difficulter ſaneſcunt *ulcera*.

Suppurat etiam ex *Abſceſsu* ve- Abſceſſus
ſica; et veſicae *abſcedentis* ſigna eadem, quae aliarum partium, post inflammationem; nam et cum febribus ac horroribus fit *Abſceſsus*, et idem imminet diſcrimen. Pus autem haec, ſed albidum, craſsum, foedi odoris expers reddit: cujusmodi *ulcera* ſunt mitia. At ſi haec ultra ſerpant, foeculenta, mucoſa, et foetida cum urina excernunt; his mors jam instat: etenim mordax est urina, et cum dolore emittitur, qui ad ſummum usque colem pertingit. Hos omnia offendunt, etiam sibi invicem contraria; et repletio, et exinanitio: et motus, et quies: balneorum et uſus, et omiſsio: et cibus, et abstinentia: et dulcia, et acida; cum alia alios juvent, alios

laedant, et in unum convenire nequeant *(i)*.

DE GONORRHOEA SIVE SEMINIS PROFLUVIO.

Cap. V.

Gonorrhoea malum est non valde mortiferum: ingratum tamen, et vel auditu insuave. Nam si impotentia et

(i) *Aretaei* medendi ratio in his affectibus deest. Quaedam de *Calculi* Vesicae curatione, ex *Archigene*, supersunt apud *Aëtium*, Tetrabib. 3. Serm. 3. c. 5. 12. 13, et 15. de mictui sanguinis succurrendo; c. 27. de remediis *Ulcerum* in vesica, c. 29. et ex eodem, apud *Paulum* Lib. 6. c. 45. deque diaeta iisdem affectorum, *Aëtius* ibidem c. 30.

Digitized by Google

et resolutio humores pariter, et ipsas genitales partes occupet, semen, utpote ex refrigeratis locis, effluit, neque vel in somnis supprimi potest; sed, sive homo dormiat, sive vigilet, continens profluvium est, neque ullus ejus rei sensus. Morbo hoc tentantur etiam foeminae: sed eae cum locorum pruritibus, et voluptate, cumque impudenti coitus libidine, semen effundunt; viri autem ne minime quidem pruriunt. Id quod effluit, humidum est, tenue, frigidum, decolor, infoecundum; quomodo enim fieri possit, ut genitale semen frigida emittat natura? Ac si juvenes vitio hoc laborant, oportet eos omnes habitu fieri senili, segnes, resolutos, timidos, hebetes, silentes, imbecilles, rugosos, inertes, pallidos, albidos, effoeminatos, frigidos, cibo aversos, cum membrorum gravitate, et crurum torpore, impotentes, et ad omnia languidos. Morbus hic plurimis in *Paralysin* via est, neque enim fieri potest, ut nervorum faeultas non debilitetur, cum

Digitized by Google

refrigerata fuerit, vitae generationi inserviens, Natura. Etenim ex vitali semine viri efficimur, calidi, articulis firmi, hirsuti, sonorae vocis, animosi, ad cogitandum agendumque habiles: cujus rei veritatem indicant, Viri. At qui vivido destituuntur semine, rugosi sunt, debiles, acutae vocis, calvi, imberbes, effoeminati; indicio sunt, *Eunuchi*. Quod si in emittendo semine quispiam parcus fuerit, fortis, et audax fit, ferisque robore aequalis; huic rei testimonio sunt ex *Athletis* illi, qui temperanter vivunt. Siquidem qui aliis natura fortiores sunt, per intemperantiam imbecillioribus longe deteriores evadunt; quique natura multo debiliores sunt, per temperantiam fiunt fortioribus valentiores; neque enim ex ulla alia re, praeterquam ex semine, animal robustum efficitur. Semen itaque vitale, et ad sanitatem, et ad robur, et ad audaciam, et ad generationem plurimum valet. A *Satyriasi* homines in *Gonorrhoeam* decidere consuerunt.

DE

DE STOMACHICIS.

Cap. VI.

Stomachus voluptatis ac molestiae dux est: et, eo quod cordi sit vicinus, ad robur, animique, sive firmitatem, sive demissionem, per consensum cum anima, multum valet; haec stomachi praecipua est facultas, ut in alio loco antea proposui (*k*). Ex voluptate nascitur bona concoctio, carnosus corporis habitus, colorque vividus; ex molestia, his contraria, et interdum animi dejectio, stomacho alimenti indigente: *Melancholicos* urget etiam cibi fastidium. Cum laborat itaque stomachus, escam odit et aversatur, non

(*k*). De causis et signis acutor. morbor. Lib. 2. cap. 3.

Digitized by Google

modo siquid homines assumpserint, sed etiamsi nullus omnino cibus in conspectum venerit, eumque memoria repetunt, cum nausea, vel molestia, aut humorum redundantia, aut oris ventriculi dolore: et salivae fit effusio, et quibusdam vomitus. Quanquam autem his inedia corpus sit afflictum, alvusque vacua permanserit, dolorem tamen facilius, quam cibi assumtionem sustinent; et siquid forte necessitate impulsi comederint, dolor jam, fame longe gravior, accedit: cibum in ore non sine molestia conficiunt, eumque multo aegrius deglutiunt. Porro utilia alimenta aversantur, et aliena expetunt, in iisque illa, quae naturae conveniunt, in contrarium permutantur: omnium rerum taedio laborant: cibos defugiunt, et odio habent. Inter scapulas inhaeret dolor, qui post cibum, et in deglutitione vehementius increscit: fastidium, et molestia: oculorum acies hebescit: tinniunt aures: caput grave est: membra torpent, et exsol-

vun-

Digitized by Google

vuntur: praecordiorum palpitatio: ſpinae dorſalis verſus crura ſe moventis fit opinio: huc et illuc aliter aliterque videntur agitari, sive stent, sive recubent, quemadmodum arundines arboresve a ventorum flatibus conquaſsantur. Pituitam frigidam, aquoſam exſpuunt; cumque in biliosis redundet bilis, oculi caligant; siti vacant, quánquam post cibi aſſumtionem hanc percipere videantur: inſomnes ſunt, pigri tamen, et ſomnolenti, neque verus accedit ſomnus, ſed gravi ſopore, ut in his fit, qui *Comate* laborant, occupantur; extenuati, pallidi, debiles, reſoluti, imbecilles, exanimes, timidi, quieti; et repente rurſus iracundi; admodum *Melancholici*, et in Melancholiam aliquando decidunt.

Morbi ſedes.

Haec utique cum animae stomachus impertiat, affectum exoriri neceſse est; homines autem partium conſentientium ignari, ex quibus graviſsima quaeque eveniunt, stomachum morbi cauſam eſse arbitran-

Digitized by Google

tur. Multum vero ad haec, quae aſsero, confirmanda efficit cordis ipsius continuitas, ubi facultatum omnium inest principium; id enim inter pulmones jacet, quorum medio stomachus etiam annectitur, et hic una cum illis ſpinae adhaereſcit; propter hanc itaque cordis viciniam, oris ventriculi dolor fit, et reſolutio, et affectus *Melancholici*.

Cauſae, et huic obnoxii. Morbi cauſae aliae ſunt innumerae, ſed praecipua est, multi puris ex ventriculo per stomachum effusio. Usitatus etiam his affectus est, qui, prae neceſsitate, tenui duriorique victus genere sint usi, et his etiam, qui eruditionis gratia diu patienterque laboraverint: qui divinae ſcientiae desiderio ardent: qui cibi parsimonia, et vigiliis macerantur: quibus nulla, nisi dictorum factorumque ſapientium, cura est. Victum hi pleniorem atque varium aſpernantur: pro cibo, utuntur fame: atque potione sitim relevant: inter dormiendi tempus, inſomnes agunt.

His

His cubile humi, sine stragulis, vi, detur molle: integumentum vile, ac tenue vestimentum est: lectique tectum, communis aër. Divitiarum loco, divinae scientiae abundantia et usus; etenim omnia haec, ex eruditionis amore, inter bona reputant. Et siquid forte assumant, viles cibos, idque non ad satiandam gulam, sed vitae sustinendae gratia, comedunt; non vino indulgent, mentem non exhilarant; non locos mutant, non obambulant; membra non exercent, neque satis quidem vestiunt; nam ecqua res est, a qua doctrinae amor homines non avocet? a patria, a parentibus, a fratribus, a se ipsis, a vita. Horum itaque corpus intabescit: decolores fiunt, et in juventute, quodammodo senes: et prae cogitatione, taciturni, risu vacant, animoque sunt immiti. Stomachus pravos cibos appetit, usitato, tenuique, quod in promtu est, alimento cito satiantur, neque vario victui se assuescunt: ad quidvis assumendum segnes: et si insuetam aliquam escam

ce-

ceperint, offenduntur, atque omnia cibi genera illico fastidiunt. Iste diuturnus stomachi est affectus; *inflammationes* autem, *fluxiones*que, et *oris ventriculi morsus*, et *stomachi dolor*, morbi stomachici nomen non habent.

Tempora et Aetates.

Aestas hunc infert, quo tempore, et concoctionis, et appetitus, et omnium facultatum impotentia est. Ex aetatibus, eidem fenes parent, quibus, ob mortis propinquitatem, etiam sine morbo, cibi cupiditas finitur.

Digitized by Google

DE COELIACO MORBO.

Cap. VII.

Ventriculus, viſcus concoctioni inſerviens, in concoquendo laborat, cum alvi profluvium hominem exercet. Est autem humidi crudique alimenti transmiſsio, quae si non ex levi cauſa fiat, et longius, quam unum aut alterum diem perduret, et homo inſuper, quia non alitur corpus, imbecillis reddatur, morbus fit, qui *Coeliacus* appellatur. Is ex caloris concoquentis debilitate, et ventriculi refrigeratione naſcitur: quando in calorem diſsolvitur cibus, ſed a calore non concoquitur, neque in bonum ſuccum permutatur, et quia, ob caloris imbecillitatem, ad finem perduci nequeat, ex dimidia parte inconfectus relinquitur. Alimentum autem confectione destitu- Unde morbus fiat.

Digitized by Google

tutum commutatur in deterius, quoad colorem et odorem, et consistentiam; color enim albus et bilis expers: odor gravis, instar coeni: humidum vero illud, neque consistens, quia non elaboratum est, sed eam tantum concoctionis habet vim, quae ei in principio fuerit adhibita.

Signa. Idcirco inflationes in alvo percipiunt, ructus emittunt continuos, atque foetidos: qui si per inferiora transeant, intestina rugiunt, flatusque erumpunt asperi, humidi, argillacei: et inter haec videtur tanquam humidum quoddam effluere; dolor ventriculi gravis, aut punctiones subinde referens. Homo interim tenuis est, et macie confectus, pallidus, et imbecillis, neque ad usitatarum rerum quidvis praestandum valens: sed si inambulet, artubus labascit; venae in temporibus elatae, siquidem haec, quia nutrimento vacant, concava reddantur: venae item in toto corpore exstant. Morbus enim iste non modo alimentum

non

Digitized by Google

non perfecte concoquit, sed nec id, quod concoctionis principium habet, ad incrementum corporis distribuit; etenim mihi videtur non tantum concoctionis, sed etiam digestionis esse vitium.

At si morbus increscat, materiam ab universo corpore in ventriculum reducit, totusque jam habitus intabescit; lingua hominis sicca est, et corporis superficies arida, ac sudoris expers. Ventriculus interdum, velut ardenti carbone, peruritur: alias, velut glacie congelatur. Nonnunquam in extremis dejectionibus sanguis effluit flavus, sincerus, impermixtus, ita ut venae alicujus adapertum videri possit osculum; quoniam acris humor venas erodit (l). Malum hoc longissimum est, Incrementum.

ac

(l) Multa iis, quae in hoc capite legimus, *Archigenes* habet similia. Aët. Tetrabib. 3. Serm. 1. c. 37.

Digitized by Google

ac ſanatu difficile; nam si absque manifesta cauſa desiſse videatur, redit iterum, quandocunque levis aliquis error huic ingruendi cauſam praebuerit: in circuitum igitur recurrit.

Aetates et tempora huic obnoxia; et ejus cauſae.

Senibus familiaris morbus est, magisque mulieribus, quam viris. Pueris, ob quotidianam cibi intemperantiam, continuum fit alvi profluvium; id autem non ex ventriculi vitio incidit. Morbum *Coeliacum* aliis tempestatibus aestas frequentius procreat: deinde, autumnus: et etiam hyems frigidiſsima, si ab ea calor pene fuerit exstinctus. Diuturno etiam morbo hic affectus, et *Dyſenteria*, et *Lienteria*, ſuperveniunt. Verum avida quoque frigidae potio id vitii aliquando genuit.

DE

DE
COLICIS.

Cap. VIII.

Colici nonnunquam intestinorum volvulo et torsione acute moriuntur. Morbi causae sunt quamplurimae. Signa, gravitas inter cibi abstinentiam, quae, in ea parte, quae afficitur, maxime urget: ingens pigritia; aegri segnes sunt, cibum fastidiunt, extenuati, insomnes, facie tumidi. Quod si prope *lienem* aegrotet colon, homo colore tingitur ex atro viridique permixto: at si prope *jecur*, albus atque viridis est; quae ob consensum propinqui visceris contingunt. Quod si cibum assumserint, licet is neque multus sit, neque qui inflationes facere soleat, valde tamen inflantur, et spiritum transmittendi cupiditatem habent, cui vero exitus intercluditur: ructusque sursum impelluntur, qui nec ipsi viam

Digitized by Google

inveniunt, et sicubi coacti prodeant, flatus supra erumpentes virosi sunt et acidi. Renes etiam et vesica per consensum afficiuntur, harumque partium dolor fit, et urinae suppressio; in iis tamen non est vitium, sed alia aliorum *(m)* loco eveniunt. Verum hac re longe magis mirum id est, quod ad testiculos, musculosque, *Cremasteras* dictos, improvisus descendat dolor; Medicique non pauci consensum hunc ignorant: et eorum aliqui *Cremasteras* exciderunt, quasi hi propriam mali causam in se continuissent; verum his quoque alia aliorum loco eveniunt.

Quinam morbi huic succedant et unde hic oriatur,

Ex hoc affectu nascuntur *Abscessus*, malique moris *ulcera;* Hydropes etiam et *Phthises*, quae sanationem non recipiunt. Siquidem ex frigore, et crassis humoribus, multaque glutinosa pituita morbus contra-

(m) Vid. Ἄλγος in Lexic.

Digitized by Google

trahitur. Quin etiam et aetate, et tempore, et in regione frigida, et per duram hyemem exoritur *(n)*.

DE DYSENTERIA SIVE TORMINIBUS.

Cap. IX.

De intestinis.

Superiora intestina ad *Coecum* usque pertingentia, tenuia, ac bilioſa, *Cholades* vocantur. Ab his inferiora, quae craſsa et carnoſa ſunt, ad principium usque *Recti* intestini porriguntur.

(n) Curatio *Colicorum* deeſt. Apud *Aëtium*, (Tetrabib. 3. Serm. 1. c. 31.) invenimus quaedam ad hos Archigenis Pharmaca; et Cataplasmata; (c. 34).

Digitized by Google

Ulcerum species. Omnibus his innaſcuntur *ulcera*, (horumque ſpecies communi *Dyſenteriae* nomine vocantur); ideoque varii ſunt affectus. Etenim aliqua intestinorum ſuperficiem tantum radunt, et cum excoriationem ſolummodo faciant, periculo carent: ſed multo innocentiora, si in inferioribus intestinis consistant; at si paulo profundiora sint *ulcera*, ne haec quidem boni ſunt moris. Alia profunditatem habent, neque consistunt: exedentia, et glanduloſa, et ſerpentia, et *Sphacelum* inferentia, et mortifera; quin etiam, dum ſerpunt, circumroduntur venulae, et in *ulceribus* largiores ſunt ſanguinis destillationes. Aliud genus *ulcerum* est, tumentium, aſperorum, inaequalium, calloſorum, instar nodi, quem in lignis reperimus; haec ſanationem aegre recipiunt: neque enim ad cicatricem facile perducuntur, quia levi momento ſolvi poſsunt.

Cauſae. *Dyſenteriae* cauſae ſunt complures, praecipuae vero cruditas, frigo-

Digitized by Google

gora continua, acrium ciborum assumtio, ut *Myttoti*, id est, pulmenti ex allio caepaque intritis: aut caepae, vel allii per se, aut carnium vetustarum atque acrium esca, quibus cruditas supervenit; idem facit humoris alicujus insueti potio, vel ejus, qui Κυκεὼν, vel istius, qui Βρυτέων appellatur, et alia pocula, quae in singulis Regionibus, vini loco, siti medentur; plaga item, et frigus et aquae gelidae potio, intestina exulcerant.

Dejectiones quamnam, in quaque specie.

Dejectiones autem et signa cetera, in aliis aliisque *ulceribus* alia sunt et alia. Nam si ista superficiem tantum attigerint, e *superioribus* intestinis feruntur tenuia, biliosa, odoris, praeter eum, qui ab intestinis provenit, expertia. A *jejuno* autem intestino exeunt coloris quaedam magis saturi, et crocei, et odoris foedi. Et interdum haec cum alimento, liquato quidem illo, sed aspero; et stercorum odor, modo gravis est, et *ulcera* ipsa putrefacta:

Digitized by Google

modo nullus est, nisi ab excremento ipso. Verum ab *inferiorum* intestinorum exulceratione aquosa quaedam, tenuia, sine odore, profluunt; at si ulcera profundiora fuerint, humor saniei similis, subrubicundus, instar vini, aut aquae, in qua caro lota sit; et haec modo per se, modo cum excrementis; eademque, modo humida, a liquore circumfuso dissoluta, sine bile, et odore: modo compacta, et sicca exeunt, sed, ob humorem circumfluentem, lubrica. Quod si majora sint et leviora *ulcera*, idque in *superioribus* intestinis, biliosa, tam eorum ratione, ex quibus, quam horum, per quae transeunt, emittuntur; sedem quoque vellicant, quia bilis acris est, et eo magis, cum ab *ulcere* provenit, bilis autem pinguis est, tanquam adeps. Verum a profundioribus *inferiorum ulceribus*, sanguis descendit concretus, atque crassus, cum pituita: et carnosa quaedam, non admodum pinguia, intestinorum ramenta, eorumque partes etiam in-

te-

Digitized by Google

tegrae; his admiscentur. Interdum crassa prodeunt, alba, mucosa, adipis concisae similia, cum humore circumfluo; haec ab intestino *Recto* veniunt. Nonnunquam mucosa tantum, pruritum moventia, parva, rotunda, mordacia egeruntur, quae hominem ad dejiciendum frequenter excitant, et desidendi cupiditatem cum voluptate faciunt, sed inter haec pauciſsima tantum exeunt; id malè *Tenesmus* dicitur. At ab intestino *caeco* feruntur carnes rubicundae, grandesque, circumscriptionem multo majorem habentes; *ulcera* profunda sunt: sanguis crassus, et foeculentus: et odor, quam in aliis, gravior. Ceterum si serpant exedantque *ulcera*, et nulla prorsus ratione coërceri possint, e *superioribus*, non modo sature bilioſa, sed etiam crocea, spumantia, faecum similia, nigra, quaeque herbam Isatidem, aut porrum referunt, supra memoratis crassiora, odoris tanquam putridi, dejiciuntur; alimentum quoque magis crudum, ita ut a dentibus cum

Digitized by Google

voracitate paululum dantaxat comminutum videatur. At si *inferiora* erodantur, nigrae concretiones, et craſsa quaedam, carnoſa, rubicunda, grumoſa, ac nonnunquam nigra, omnibus modis variata, foetida, intolerabilia exeunt, humorque sine voluntate profluit. Nonnunquam oblongum quiddam, quoad plurima a ſano intestino non diſcernendum dejicitur, multisque veritatem ignorantibus excreti ipsius intestini metum injecit. Verum haec ita ſe res habet: intestinorum, uti ventriculi, tunicae ſunt duae, quarum altera alteri oblique ſuperincumbit; quando igitur harum connexio diſsolvitur, interior tunica, ſecundum longitudinem absistens, foras exit, et exterior tantum intus remanet, carnemque contrahit, et ad cicatricem perducitur, homoque ſaneſcit, ac sine offenſa vitam agit; id inferius intestinum tantummodo patitur, quippe cujus tunicae carnoſae sint. Quod si ex vaſe aliquo ſanguis fluat, is flavus, aut niger, et sincerus fertur, ci-

Digitized by Google

cibo impermixtus, et sine stercore: et concretio quaedam ei, latis aranearum telis similis, innatat; nam cum refrixerit, in grumos abit, neque sanguinem excretum hunc fuisse credideris; at ob immurmurationem multam cum spiritu, major, quam pro effectu, excretionis fit opinio. Excitatur etiam in *Colo* puris *Abscessus*, nihil quidquam aliis *ulceribus* internis magis insitatum: etenim signa, et pus, et curatio *ulcerum* est eadem; sed si carnium quarundam excretiones fiant, durae et contritae, et asperis corporibus similes, *Abscessus* mali moris esse significatur. Interdum e *Colo* magna vis aquae *dysenterico* more profluit, quae res multos *Hydrope* liberavit. Hujusmodi, ut summatim loquar, *ulcera* sunt in intestinis; haec utique eorum forma, et hae ex illis excretiones, quas supra proposui.

Proximum est, ut, quae in quibusque laborantium Symptomata occurrant, sive boni fuerint, sive mali Symptomata in quaque specie.

Digitized by Google

moris *ulcera* exponam. Itaque ut generatim loquar, si excoriatio superficiem tantum occupaverit, vel in *superioribus*, vel in *inferioribus* intestinis, homines febre ac dolore vacant, et sine decubitu, per tenuem victus rationem, alius alio modo saneſcit. Sin *ulcus* innaſcatur, torsiones in *superioribus* fiunt mordaces, acres, tanquam a bile pauca fervente: intestina aliis quidem atque aliis temporibus, ut plurimum tamen suppurant: cibi concoctio est imperfecta, cupiditas tamen non defit. At si *inferioribus* exulceratio inciderit, *superioribus* longe minus haec offendunt; quippe quae illis multo carnosiora sint. Verum si in *superioribus ulcera* innaſcantur cava, et serpentia, febres oriuntur acutae, obscurae, in viſceribus latentes: totius corporis algor: cibi fastidium: vigiliae: ructus foetidi: nauſea: bilis vomitus: vertigo. Quod si multa, et eâ biliosiorum, fuerit effusio, torsiones continenter inhaerent, et ceteri do-

lo-

Digitized by Google

lores increſcunt; accedit virium lan-guor, et reſolutio genuum: *ardente* febri extorrentur: ſiticulosi ſunt, nauſeant: nigra evomunt: lingua ſicca: pulſus exiguus, imbecillis; hosque omnia comitantur, quae in perniciosis *ulceribus* mortifera eſse propoſui; usque ad animae defectionem, malo *Cardiaco* laborant, quidam ita, ut ad ſe revocari non poſsent, ſed hoc modo occubuerint. Eadem mala *inferiorum* intestinorum erosionibus communia ſunt, si *ulcera* ſerpant, neque profluvium coërceri poſsit: praeterquam quod tormina ac dolores ſub umbilico inferius, ubi etiam *ulcera* ſunt, percipiantur; excretionum vero ſpecies tales, quales eas eſse ſupra diximus. Quod si in initio exigua sint *ulcera*, neque intra tempus aliquod ſerpere incipiant, alia aliis ſuperveniunt, quibusdam ſubsidentibus, aliisque in verticem aſsurgentibus: talisque fit *ulcerum* affluxus, qualis undarum in mari. Ceterum si natura valens exstiterit, eique Medicus etiam ſub-

ve-

Digitized by Google

venerit, a ſerpendo coërcentur *ulcera*, neque mortis ſubest timor; dura tamen, et tumida manent intestina, ac non nisi longo post tempore ad ſanitatem perducuntur.

Sanguinis profluvium.

At *profluvium ſanguinis* ab intestinis, si a magna vena, vel arteria exeat, mortem infert quam celerrime, neque enim manum inferre, partemque ipſam dolentem attrectare, aut *ulceri* medicamentum admovere poſsumus. Porro, etiamsi medicamento ſanguinem ſuppreſſeris, homo non propterea in tuto collocatur, quibusdam enim ingens crusta decidens venae oſculum latius efficit: cumque in grumos abierit ſanguis, iique intus remanſerint, morbus jam ſanationem non recipit. Oportet itaque incipientibus *ſanguinis profusionibus* mederi. Hae plerumque cum instant, quibusdam indiciis, licet haud prorſus evidentibus, significantur, anxietas adest, et molestia: loci gravitas, in quo ruptio futura est; ſub ipſum ruptionis

Digitized by Google

nis tempus, vultus rubor. Et si vena recenter fuerit disrupta, potest plerumque ad integritatem perduci; at si ſpatium jam acceſſerit, aegrius ſaneſcit, atque tardius. Hujusmodi ſunt intestinorum *ulcera*.

Tempora et aetates his opportunae.

Oriuntur autem praecipue, aeſtatis tempore: deinde autumno, vere rarius: hyeme minime. Pueris, et adoleſcentulis, *Diarrhoeae* contingunt. *Dyſenteria* juvenibus, et aetate consistentibus. Senectus aegre convaleſcit, et ad cicatricem inducendam longum tempus requirit; at exedentia *ulcera* in ſenibus vix reperiuntur; quin etiam ſenectae ſanguinis profluvia proſunt *(o)*.

DE

(o) Curatio *Dyſenteriae* deeſt; quae ex *Archigene*, qui his de ſignis, non pauca habet ſimilia Aët. Tetrabib. 3. Serm. 1. c. 43. peti poteſt (ibid. c. 45. et 49).

Digitized by Google

DE LIENTERIA SIVE INTESTINORUM LAEVITATE

Cap. X.

Si a *Torminibus*, latisque, et admodum profundis superiorum intestinorum *ulceribus*, cicatrices fiant, crebrae, crassae, solidaeque, cibi ex his in inferiora transmittuntur liquidi, et ab ea horum parte, quae nutrimento esse deberet; intestinorum enim raritas, per quam sursum alimenta permeant, a cicatrice occluditur; homo itaque nutrimento destituitur, decolorque fit, et imbecillis. Malum *Lienteria* dicitur, cum id, inquam, ab intestinorum cicatrice oriatur: jam enim ex *ulceribus* affectus provenit; est autem, ubi cicatricem intestina non habent, sed consuetudo et usus ista profluvi-

Digitized by Google

vium pati edocent: nam si calor in his refrigeratus, neque cibum concoquat, neque in superiores partes propellat, neque prae imbecillitate retinere possit, omni prorsus confectione alimentum vacat. Quod si levis, neque stabilis, sed vitiosa tantum fuerit purgatio, affectum solvit simplex a cibo vomitus; sed si temporis spatio impingatur, atque fixa inhaereat horum causa, id auxilii nihil proficit.

Affectum hunc diuturnus quoque morbus inducit: *malus* etiam *corporis habitus*, licet ex eo quispiam non decubuerit. *Hydropes* quoque in eundem aliquando feliciter transeunt: ex malo quidem, in aliud malum, sed posterius, tamen priori minus grave est *(p)*. Causae.

DE

(p) Multa ex hoc capite, nulla *Aretaei* facta mentione, desumsit *Aëtius*. Tetr. 3. Serm. 1. c. 51.

Digitized by Google

DE UTERI AFFECTIBUS.

Cap. XI.

Uteri affectus. Uterus foeminis est ad purgationem atque partum utilis, multos autem gravesque morbos infert. Neque *ulceribus* tantum, et *inflammationi*, et *fluori* patet, verum etiam, si repente tota sursum feratur, celeriter occidit. Atqui de acutis et mortiferis, qui huic incidunt, affectibus, alibi conscriptum est. Mala vero diuturna sunt, *fluor duplex: Duritia: ulcera*, partim innocentia, partim maligna: totius, aut partis *Prolapsus*.

Fluoris species. Fluor est aut *ruber*, aut *albus*; horum uterque ex aspectu patet. *Ruber* est, cum exit sanguis *flavus*, hujusque species, ut *lividus*, aut *niger*: tenuis, aut crassus et concretus,

Digitized by Google

tus, instar grumorum: vel albus instar aquae vel coloris ex pallido flavoque, tanquam bilis: crassus item aut subtenuis, tanquam sanies tenuis atque foetida (*q*). In *fluore albo*, humor exit puri similis, verus autem serum refert; quin etiam grumi aliquando cum pure effluunt. Mille aliae species sunt inter has, quae secundum plus minusve tantum differunt. Fluxus circuitus aliquando singulis mensibus, tanquam menstrua purgatio, sed non ad praestitum tempus, revertitur; non multus quidem sanguis sed is per multos dies destillat: neque plures dies, sed tum ex toto intermittit. Alia circuitus species est, quae fit ad certum diem, et in prima purgatione non magna sanguinis copia effunditur, sed bis vel ter per totum mensem purgantur. Alia species est cum singulis diebus exiguum

(*q*) His similia habet *Archigenes* apud Aëtium. Tetrabib. 4 Serm. 4. c. 65.

Digitized by Google

um indesinenter fit profluvium, cujus summa tamen intra mensem non exigua est; os enim uteri non committitur, sed apertum est, et *resolutionem* quandam patitur, ita ut humor effluat. Sin multum, idque sine intermissione, exeat, foemina sanguinis profusione interit. Notae sunt, praeter materiae fluentis colorem, ipsius color mulieris; vigiliis premuntur: cibum fastidiunt: moleste agunt: imbecilles, in *rubra* praecipue *fluere*; et doloribus afflictatae; humor ipse in utroque genere graviter olet, sed modo magis, modo minus; nam si magna putredo subsit, *albus* magis foetet: si erosio exasperetur, foedior est odor *rubri*. Utque summatim dicam, *ater* omnium pessimus est, deinde *lividus*; *pallidus* autem et *albus*, et *purulentus*, diuturniores sunt, minus tamen periculosi, et ex his ipsis *pallidus* deterior est, sed longe melior, si cum usitato mixtus fuerit: usitatus autem est *ruber*, ejusque species. Quin etiam assueti minus nocent; sed re-

vera

Digitized by Google

vera vetulas *rubri* plus offendunt, juniores ex *albis* minime periclitantur. Alia est *fluoris albi* ſpecies, ubi menſtrua purgatio albida eſt, et acris, et pruritum cum voluptate excitat: exinde humor albus craſſus, ſeminique ſimilis elicitur; id genus *Gonorrhaeam muliebrem* appellavimus. Est autem Uteri refrigeratio, ideoque humores retinere non potest: quin etiam ſanguinem in colorem albidum permutat, ſiquidem ignis vi caret, qui colorem rubrum impertit. Similem huic affectum stomachus patitur, quando pituitam affundit: et intestina quoque, cum *Diarrhoea* laborant. Gonorrhoea muliebris

In Utero oriuntur etiam *Ulcera*, quorum aliqua lata ſunt, pruriginoſa, tanquam ab inſperſo ſale: et in his fit ſuperficiei quaedam excoriatio ex iisque pus erumpit, odoris expers, exiguum; *ulcera* haec ſunt mitia. Alia istis profundiora magisque noxia, quae dolorem aliquem movent: plus aliquanto puris effluit, Ulcera mitia

Digitized by Google

et deterius olent; sed haec tamen non sunt mali moris. Sin altius adhuc descendant, *ulcerumque* orae durae sint, et asperae, sanies quaedam foetida effunditur, et gravior, quam in prioribus, dolor accedit; Uterum quoque *ulcus* exedit, et soluta quaedam aliquando exit caruncula; id ad cicatricem longo temporis spatio non perducitur, sed maxime diuturnum ac lethale est; id etiam *Phagedaena* dicitur. Porro *ulcera* sunt mortifera, si in his dolor increscat, et foemina molestiis afficiatur; ex *ulcere* putridus quidam humor effluit, vel ipsis aegrotantibus intolerabilis; idque tactu et medicamentorum applicatione, exasperatur, et quovis medelae genere irritatur; uterique venae in tumorem assurgunt cum partium proximarum distentionibus. Id a peritis, tactu, neque alio quovis modo, deprehenditur; adest autem febris, totiusque corporis anxietas, et partis affectae duritia, utpote in efferatis *ulceribus*; haec mortifera sunt, et cancri nomen

Phagedaena

Cancri duae species.

ob-

Digitized by Google

obtinent. Alia cancri ſpecies est, ubi nullum *ulcus* ſubest, tumor autem durus, ac renitens: totus etiam uterus intenditur: dolores item premunt, caeteraque omnia, quemadmodum in ulcere *(r)*. Ambo haec ſunt ex *cancrorum* genere, ambo diuturna, ac mortifera; *ulcus* autem est illo, quod non exulceratur, et odore, et doloribus, et in vita, et in morte gravius.

Prolapſus Uteri.

Sede ſua totus nonnunquam exit uterus, et mulieris femoribus incumbit. Malum profecto incredibile: uterus tamen ipſe conſpectui patet, neque hujus rei cauſa talis est, ut non ſubinde poſsit incidere. Relaxantur enim membranae ilibus affixae, quae uteri ligamenta ſunt

(r) His ſimilia, de *Cancris*, habet *Archigenes* apud Aëtium; Tetrabib. 4. Serm. 4. c. 94.) ubi etiam horum curatio, ex *Archiegene* legi poteſt: ſiquidem illud interiit, ubi horum uteri affectuum medelam expoſuit *Aretaeus*.

Digitized by Google

nervosa; harum illae quae uteri fundo inseruntur juxta lumbos, tenues sunt: alterae, juxta cervicem ejus, hinc atque illinc ilibus adhaerescentes, valde nervosae existunt, lataeque tanquam navigii vela; omnes itaque hae membranae relaxantur, quando foras exit uterus. *Prolapsus* hic ut plurimum occidit; fit enim ex abortu, et magnis concussionibus, et violento partu; quod si non illico moriantur, vitam diu trahunt, visu faeda intuentes, Uteruntque extra corpus, quasi a caule germinantem, nutrientes. Membranae solutio. Apparet aliquando ex duabus uterum succingentibus membranis interior, et ab alterius continuitate divellitur; etenim duae tantum membranae istius divisurae sunt: quarum haec ob humoris fluxionem abscedit, sicut etiam ex abortu, et partu violento: tum vero *secundis* adhaerescit, nam si illae vi extrahuntur, simul prodit uteri tunica; at si foemina mortem evaserit, in sedem suam regressa, et ad amussim connectitur, ve

pau-

paululum extra propendet, eamque mulier naturalibus ſuis contegit. Uteri aliquando oſculum, uſque ad cervicem duntaxat, prolabitur, ſed rurſus intro ſe recipit, ſi uterus ſuffimenta mali odoris olfaciat; ipſum quoque mulier attrahit, si odoramenta grata naribus admoveat; quin etiam obstetricis manibus ſensim reponitur, si placide comprimatur, medicamentis antea inunctus ad leniendum uterum efficacibus. Os Uteri prodiens

DE ARTHRITIDE ET ISCHIADE.

Cap. XII.

Communis omnium articulorum dolor est *Arthritis*; quem in pedi-

Digitized by Google

bus, *Podagram* appellamus: in coxis, *Ischiadem*: in manibus, *Chiragram*; si nempe levis fuerit dolor, e causa aliqua ad breve tempus durante ortus, aut longo tempore latenter inhaeserit, ac dolor tandem morbusque ex prava occasione emicuerit. At si malum jam auctum omnes artus invaserit, est omnium generatim affectus nervorum. Initium fit a nervis, qui articulorum ligamenta sunt: et ab iis etiam, quotquot ex ossibus oriuntur, et in ossa desinunt. Id in his utique mirandum est, quod ne minimum quidem doleant, etiamsi secentur aut collidantur; at si per se membra condoluerint, eo nihil potest esse vehementius, non si ferramento percutiantur, non si constringantur vinculis, non si gladio saucientur, non si igne exurantur; etenim haec ipsi expoſcunt, ut gravioribus sint doloribus remedio. Quod siquis, dum membra dolent, ea incidat, sectionis dolor, utpote minor a majore, obscuratur; vel si iste praevaluerit,

vo-

Digitized by Google

voluptate afficiuntur ex prioris oblivione. Malum hoc ossa atque dentes patiuntur.

Causam quidem veram soli novere Dii, verisimilem tamen ipsi quoque homines. Id autem, ut summatim loquar, hujusmodi est; quod valde densum est id neque tactum, neque vulnus sentit: quamobrem in tactu, atque vulnere, dolor abest; dolor enim in exasperatione sensus consistit. Quod autem densum est, id exasperari nequit, quo fit, ut dolore etiam vacet. At rarum acuto sensu praeditum est, et vulnere exasperatur. Quoniam vero densa etiam innato calore vivunt, per eundem quoque calorem sentire possunt. At si causa efficiens substantialis fuerit, tanquam gladius, aut lapis, substantialis corporis patientis pars non dolet, quia naturaliter densa est. Sed si calorem innatum mala temperies occupet, sensus pervertitur: at cum horum ex se ipso doleat calor, id ab interno sensus Causa.

Digitized by Google

impulsu excitetur, ex natura vero adaucta, nimisque abundante dolores proveniunt.

Signa. *Arthritis* aliis alias articulis infigitur: in quibusdam coxas occupat, eaque parte homo plerumque claudus remanet: et reliqua etiam paululum tentat, jamque exiguos artus non invadit, uti manus ac pedes. Nam si majora membra occupet, quae morbo capiendo sufficiunt, is instrumenta ista non praetergreditur. Quod si ab exiguo membro initium sumserit, placida, et inopinata fit accessio. In *Ischiade* a posteriori parte femoris, aut a poplite, aut a tibia incipit: alias in coxae acetabulo dolor excitatur, rursusque in clunem, aut lumbos impetum facit: et quidvis potius videtur esse, quam *Ischias*. Caeterum in articulis hoc modo oritur *Arthritis*: magnum pedis digitum dolor occupat, rursus calcis anteriorem partem cui insistimus, ac deinde in ejusdem partem concavam subit, et malleolus

deni-

denique intumescit. Causam mali non justam laborantes afferunt; quidam novi calcei attritionem, alii longam obambulationem incusant: Alii ab ictu, aut calcatione ortum pronunciant: nemo autem causam internam esse arbitratur; neque vero, siquis veram commemoret, fidem aegrotantibus facit. Ideoque affectus insanabilis evadit, quia morbi principiis, cum is minimam habet firmitatem, Medicus non resistit: et si spatio vires acquisierit, cura omnis supervacanea est. Quibusdam itaque, pedum articulis usque ad mortis diem inhaeret; quibusdam serpit in universum corporis ambitum; ut plurimum vero a pedibus in manus procedit, idque non multo interposito tempore, siquidem manus pedesque, ambo sint ejusdem naturae, tenues nimirum, atque carnis expertes, externo frigori proximi, et ab interno calore remotissimi; rursus cubitus, genuque tentantur, deinde coxarum acetabula: convolvitur demum atque transit ad thoracis

dor-

Digitized by Google

dorsique musculos. Incredibile est, quam late vitium serpat; dolor ad cervicis spinaeque vertebras procedit, summoque Ossi *sacro* infigitur: hisque omnibus et quidam est communis, et quidam singulis proprius dolor; quin etiam tendines, cum glandibus, ac musculis, dolent atque intenduntur: maxillarum item, temporumque musculi (*h*); renes postea, et vesica afficiuntur; quodque maxime mirandum est, nares tandem hominis, auresque, et labra tentantur; nulla enim pars est, ad quam musculi nervique non pertineant. Cuidam homini indoluerunt capitis futurae, qui, quidnam id esset quod afficeretur, nescius, futuras describebat, obliquam, rectam, transversam, et in priori et in posteriori parte capitis, de tenui dolore ossibus

(*h*) Quaedam ex hoc loco satis evidenter excerpsit *Aëtius*; (Tetrabib. 3. serm. 4. c. 6.) et alia ex *Archigene* profert iis, quae in hoc capite leguntur, similia. (c. 1.)

Digitized by Google

bus infixo conquestus; etenim omnes ossium commissuras morbus invadit, perinde ut pedis manusve articulum. Callosi etiam fiunt articuli, qui primo tanquam *Abscessus* habent, postea magis magisque condensantur, et cum humor penitus concreverit, durae sunt ossium extremitates: tophi demum albi solidique consistunt, et in toto membro tubercula partim exigua, *Vararum* instar, partim his majora assurgunt; humor autem crassus est, et albus, grandini similis; morbus enim, tanquam grando, frigidus universum corpus occupat.

Quibusdam affectus hic videtur caloris et frigoris differentiam prae se ferre si quidem modo ex calore, modo ex frigore voluptas percipitur; sed mihi placet unam causam ab innato frigore, unamque esse morbum. At si is celeriter increscat; calorque emicet, refrigeratione opus est, et hujusmodi medela affectus mitigatur; id genus calidum

ap-

Digitized by Google

appellant. At si in nervis dolor intus moretur, et caloris expers collabatur articulus, neque in tumorem aſsurgat, frigidum hoc eſse dixerint; in quo fervida medicamenta ad ſuscitandum calorem requirantur; plerumque etiam admodum acria neceſsario uſurpantur, quia calor et collapſas partes in tumorem attollit, et internum calorem evocat, quo tempore frigida rurſus juvant. Huic rei fidem facit, quod iisdem eadem non conveniant; quod enim modo profuit, id alias obeſse deprehenditur, atque, ut in ſummâ dicam, calor in principio prodest, refrigeratio in fine.

Podagra vix quenquam continenter infestat, et interdum diu intermittit, quia tenuis est. Fuit etiam *Podagricus* quidam, qui in *Olympicis* ludis, remittente morbo, curſus certamine, victoriam reportavit.

His morbis quinam obnoxii.

Viri hoc affectu frequentius, quam mulieres, ſed levius tentantur, mu-

Digitized by Google

mulieres vero rarius, quam viri, sed dolentius: quoniam id quod extra consuetudinem, neque familiare est, ubi ex urgente aliqua causa valentius evaserit, violentiora quoque mala inducit (*t*). Aetas huic maxime opportuna est, ab anno quinto et tricesimo; citius tamen, seriusque, ex cujusque natura, ac victus ratione contrahitur. Vehementes in his dolores excitantur, et symptomata accedunt doloribus atrociora: vel ex tactu sequitur animae defectio: motus impotentia est: cibi fastidium, sitis, vigiliae. Quod si a malo recreentur, vitam, quasi a morte conservati, remissam agunt, intemperantes, simplices, hilares, munifici, in victu delicati: porro, tanquam mortem rursus evasuri, praesenti vita cum licentia perfruuntur. Multis *Podagra* in *Hydropem*, aliis in *Asthma* transiit: et ex his illi succedentibus non evitanda mors est.

DE

(*t*) Hippoc. Aph. 34. §. 2.

Digitized by Google

DE ELEPHANTIASI.

Cap. XIV.

Elephanti morbo cum bellua Elephante multa ſunt communia, quoad ſpeciem, colorem, et magnitudinem, et vitae rationem; neque vero alii cuivis ſimilis est, vel affectus affectui, vel animali animal. Etenim Elephas ab aliis feris longe differt. Primo maximus craſsiſsimusque est: tanta quidem magnitudine, ut, si magnum quodvis animal alii in turris morem ſuperimponas, ea exaequet; craſsitudine vero tanta, quantam animalia plura craſsiſsima, lateribus inter ſe conjuncta, non exſuperent. Caeterum neque ſpecie aliud quodvis magnopere refert; etenim omnes, per univerſum corpus, coloris ſunt ſaturate nigri; cum equorum alii candidiſsimi sint, qua-

Digitized by Google

quales *Rhesi* equi Thracii (*u*) alii pedes albos habent, ut *Menelai Podargus* (*x*) alii flavi, sicuti a *Nestore* memoratae equae.

Centum et quinquaginta (*y*).
Alii caerulei, ut cum *Homerus* inquit,
In speciem mutatus equi, cui caerula in armis
Luxuriat juba (*z*).

Idem videmus in bobus, idem in canibus, idem in reptilibus cunctis,

---

(*u*) Εν δ' εφιν Ρησος βασιλεύς, Πάϊς Ηϊονῆος
Τὸν δὴ, καλλίστους ἵππους ἴδον, ἠδὲ μεγίστους,
Λευκότεροι χίονος. Homer. Iliad. K. v. 435.

(*x*) Τῷ δ' ὃς ἐπ' Ατρείδης ἄρτο ξανθὸς Μενέλαος
Διογενὴς· ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἦγαγε ὠκέας ἵππους
Αἰδηι τὴν Αγαμεμνονίην, τον εἵπετο Πόδαργον.
Homer. Iliad. ψ, v. 293.

(*y*) Ἱππους δέ ξανθὰς ἑκατον και πεντήκοντα. ibid. Λ. v. 679.

(*z*) Iliad. Υ. v. 224.

Digitized by Google

ctis, atque animalibus, quotquot in terra pascuntur. Elephantes tantum omnes nigri sunt, colore tenebricoso, et nocti et letho similes. Eorum vero species hujusmodi est: caput habent aterrimum, cum vultu latente, formaeque non evidentis, super cervicem adeo brevem, ut caput humeris insistere videatur, quamobrem id non in conspectum venit. Aures enim magnae, crassaeque, alarum instar, usque ad jugula pectusque praetenduntur, quibus cervix atque humeri, tanquam navigia velis, occuluntur. Cornua vero Elephas habet mirifice candida, colori admodum atro internitentia: ista nonnulli dentes vocant; haec in eo tantum albissima sunt, neque ista candore exaequet quaevis, vel candidi animalis pars. Et haec quidem ipsa non, ut in aliis cornigeris animalibus naturaliter fieri solet, fronti ac temporibus innascuntur, sed in ore maxillaque superiori posita antrorsum spectant, non ex toto recta, sed sursum versus recurva paulu-

Digitized by Google

lulum, ut a recto cibum vorare poſsit, onusque imis dentibus attollere. Porro cornua haec ingentia ſunt, quorum mediocria ulnam longitudine exaequant, alia multo grandiora, etiam ad duplicem usque magnitudinem. At in maxilla ſuperiori, prominentia quaedam a labro enaſcitur, longa, sine oſse, tortuoſa, quasi reptilis. In hujus extremo bina ſunt foramina, quae natura ad pulmones uſque pertinentia, duplicis instar tibiae, terebravit. Hac fiſtula, pro naribus animal ad reſpirationem utitur; hanc etiam loco manuum adhibet: poculum enim, siquando velit, hac prominentia corripit, idque comprenſat, atque adeo tenaciter ſervat, ut id ab illo nullus quisquam, nisi potentior alius Elephas vi extorquere valeat. Quin et eadem herbam ad pastum quaeritat, neque ore parvisque dentibus carnem edendo alitur; longos enim pedes habet, qui animal longe ſupra terram attollunt, item breve collum, uti ſupra demonstravimus: quo fit

Digitized by Google

ut humi ore pabulari nequeat; ad haec, cornuum ante os proceſsus id ab herba distinet: itaque prominentia ista pabuli copiam ſubvehit, et postea, quaecunque venatur, hac complexus ventri futura alimentum in os detrudit; Unde Veteres hanc *Proboſcidem* dixere, quia haec ante animal Προβόσκεται, id est, pabulum quaeritat. Porro, ob eandem cauſam, neque de lacu, neque de flumine, aquam haurire potest Elephas; ſed cum sitit, extremam quasi narem *Proboſcidis* aquae immergit; deinde, tanquam ſpiritum adducens, pro aëre multum aquae attrahit: et ubi narem, velut poculum, impleverit, humorem ex ea in os, uti flumen quoddam profundit: deinde, aquam rurſus aſsugit, rurſusque ejectat, quoad ventrem, navis instar onerariae compleverit. Corium habent aſperum, craſsiſsimum, tumoribus rimosis inaequale, longis quasi ſulcis inciſum, in eoque fiſsurae ſunt aliae cavae transverſaeque, aliae obliquae atque admodum profun-

Digitized by Google

fundae. Porro alia animalia pilos habent, hisque similes jubas; Elephas solus lanugine tantum vestitur. Caeterum huic cum aliis animalibus aliae innumerae sunt discrepantiae; etenim, instar hominis, genua retro flectit, mammasque, sicut faeminae, prope axillas habet. Atqui supervacaneum videtur de animali hoc plura in praesentia scribere, quam in quibus morbus, *Elephas* et aegrotantis species naturam ejus referat. Affectum hunc aliqui *leonem* appellant, ob supercilii similitudinem, de qua mox dicetur. Alii *Satyriasim* vocant, ob malarum ruborem, et effraenem atque impudentem coitus libidinem. Alii morbum *Herculeum* nominant, quoniam illo nullus major sit aut valentior. Elephantiasis nomina

Vis itaque mali magna est, aliisque omnibus affectibus ad inferendam mortem longe efficacior; id etiam visu foedum est, et, sicut Elephas bellua, prorsus terribile. Porro ex eo certa imminet pernicies; Causa et Signa

Digitized by Google

etenim ex mortis causa originem habet: est enim innati caloris refrigeratio, aut congelatio potius, quasi magna quaedam hyems, ubi aqua in nivem, aut grandinem, aut glaciem, aut gelu convertitur; haec autem est mortis, morbique hujus causa communis. Verum ne insignem quidem ullam in initio praebet sui notam: neque inusitatum quodvis malum hominem invadit: neque vero in superficie corporis apparet, ut id quispiam continuo animadvertere possit, et incipienti occurrere; sed in visceribus, tanquam occultus ignis delitescens, succenditur, jamque internis partibus devictis in superficiem demum emicat, et, a facie incipiens, tanquam de specula, longe lateque conspicuus effulget; aliis primo apparet in extremo cubito, aut in genibus aut in manuum, pedumve articulis. Ideoque de homine nulla spes est, quia contra principia morbi infirmissima. Medicus arte non utitur, ob aegrotantium negligentiam, et calamitatis suae igno-

Digitized by Google

ignorantiam. Etenim ſegnes ſunt, tanquam levi aliqua de cauſa ſomnolenti, quieti, alvo sicci: haec ſunt etiam ſanis hominibus non ita multum inusitata. At in incremento mali, foedos odores exſpirant, ob interni ſpiritus exhalationem, huic rei aërem, aut extrinſecum quid, cauſam praebere existimant. Urina alba, craſsa et qualis jumenti turbida. Cibi crudi et inconcocti in corpus digeruntur: ne haec quidem percipiunt, curantve; neque enim, an concoxerint, nec ne, ſatis ſciunt; in his cruditas et concoctio perinde est, siquidem, quod ipsis in bonum atque commodum vertat, haud frequenter concoquunt: cibus vero facile distribuitur, quippe quem, haud ſecus ac in ipſorum alimentum, morbus cum rapacitate attrahat: unde venter inferior siccus his efficitur. Tumores alii prope alios aſsurgunt, nondum continui, ſed craſsi, atque aſperi: et tumorum intervalla fiſsuris dividuntur, sicut Elephanti corium. Venae la-

Digitized by Google

tae, non ob ſanguinis abundantiam, ſed propter cutis craſsitudinem. Neque multo post malum penitus inſediſse declaratur, ex aequali totius corporis intumeſcentia. Crines in omni parte praemoriuntur, manibus, femoribus tibiisque: itemque rari ſunt in pube, mentoque, et capite; quodque mirabilius est, praematura canities, et calvities repente ingruunt; et intra tempus exiguum, pubes cum mento glabra est: aut si pauci remaneant capilli, aſpectu turpiores ſunt, quam si defluxiſsent. Cutis in capite alte dehiſcit, rimaeque ſqualidae ſunt, frequentes, profundae, aſperae. Tumores in facie duri, acuti, in vertice nonnunquam albidi, juxta basim viridiores. Pulſus exiguus, gravis, ſegnis tanquam per coenum, aegre ſeſe promovens. Venae in temporibus, et ſub lingua elatae; alvus bilioſa. Lingua *Varis* grandinosis aſpera; neque incredibile est, totum corpus hujusmodi tuberculis ſcatere: siquidem in victimis humores vitiatos habentibus ca-

ro

ro quasi grandine repleta est. Sin ex intimis partibus morbus plurimum erumpat, in extremisque appareat, summos digitos occupat *Impetigo*: Genua pruriunt, et ea homo cum voluptate scalpit: mentum nonnunquam *Impetigo* circulo complectitur: et, cum tumore non ita grandi, malae rubent. Oculi caligant, et coloris sunt aenei; supercilia crassa, glabra, deorsum gravata, prominent, et, contractis horum intervallis, intumescunt: color eorum lividus, aut niger: ipsa vehementer adducuntur, oculosque contegunt, ut in iratis fit, aut leonibus; itaque morbus *leoninus* dicitur: quamobrem aeger non Elephanti tantum, aut leoni, sed etiam

Nocti oculos tetrae similis (a),

Nasus tumoribus atris asperisque occupatur: labia crassa, et prominentia, quorum inferius livet: nares praelongae: dentes non candidi, ve-

(a) Homer. Iliad. M. v. 463.

Digitized by Google

rum ſubatro colore infecti videntur: aures cum nigritie quadam rubent, occluſae, atque auribus Elephantorum ſimiles ſunt, et ſolito grandiores apparent; Ulcera in aurium basi ſanie fluentia, pruritibus vexata. Totum corpus rugis aſperis exaratur: et fiſsurae, tanquam nigri ſulci, in cutim alte deſcendunt; ideoque *Elephas* morbi nomen est; plantae, calcesque, usque ad medios digitos hiant. Quod si malum vehementius adhuc increſcat, tumores exulcerantur: et in malis, mento, digitis, genibusque foetida et inſanabilia oriuntur ulcera, quorum alia ſuper alia inſurgunt, in aliisque alia ſubsidunt. Interdum ante hominem membra ſua emoriuntur, atque excidunt, naſus, digiti, pedes, pudenda, manusque integrae; Neque enim pestis ista aegrotantem turpi vita doloribusque vehementiſsimis ante liberat, quam hominem membratim diſcerpſerit; ſed instar Elephanti longaeva est. Quod si membrorum repentinus fuerit dolor, multo acerbius affligit,

mo-

Digitized by Google

modo has, modo illas partes vago more invadens, cibi cupiditate non vacant, ſed nullum habent gustum, neque in edendo aut bibendo voluptatem ullam capiunt; omnia averſantur et oderunt: corpus non alitur: Veneris libido rabioſa est. Adſunt laſsitudines ſpontaneae; membra singula quasi pondere quodam premi videntur; hominemque vel minimi artus gravant. Porro corpus re quaque offenditur; non balneis delectatur, non horum abstinentia: non cibo; non inedia: non quiete, non motu; etenim omni parti morbus penitus inſedit. Somnus tenuis propter ſomniorum viſa vigiliis molestior: ingens ſpirandi difficultas: ſuffocatio, quasi laqueo strangularentur; atque hoc modo quidam e vita exceſsere, ad mortem perpetuo usque oppreſsi ſomno *(b)*

(b) Fere omnia, quae ex *Archigene* ſe afferre teſtatur *Aëtius*, (Tetrabib 4. Serm.

Digitized by Google

Itaque cum hujusmodi sint; quis non eos defugiat, aut quia non averſetur, licet ipſorum vel pater sit, vel filius, vel frater? Siquidem metus etiam ſubest, ne vitium ex contagione communicetur. Propterea multi in montes ac deſerta viros amiciſsimos expoſuere; nonnullis ad aliquod tempus horum inediae ſubvenientibus: aliis non item, cum eos emori vellent. Memoriae proditum
Hiſtoria est, quendam ex his, qui in deſertis commorarentur, viperam, quam e terra prorepentem conſpexerat, sive fame coactum, sive affectus adeo pertaeſum ut malum malo commutare vellet, vivam devoraſse, neque vita prius migraſse, quam omnia ipsi-
Alia us membra computruiſsent, atque excidiſsent. Alium fama est vidiſse viperam, quae, cum in doli-

um

Serm. 1. c. 120.) in hoc Capite, iisdem quoque verbis expreſſa, invenimus.

Digitized by Google

lium musti repsiſset, et ex eo ad ſatietatem combibiſset, id rurſus exſpuerit, multumque una cum musto veneni effuderit. Postquam autem vipera in musto exstincta est, homo ex eo avide largeque hausit, ad finem vitae pariter et affectus pervenire cupiens. Cumque ſatiatus eſſet, inebriatusque, humi primo jacebat, quasi moribundus; postea, cum e ſopore ac temulentia exſurrexiſset, homini primo comae defluebant: deinde digiti, unguesque: ac postremo omnes undique contabeſcebant artus. Quoniam vero ſemini vis adhuc inerat, virum natura, tanquam ex ortu rurſus effinxit; alios ei crines, ungues novos, puramque carnem enutrivit; ipſe vero cutim antiquam, tanquam ſerpentis Senectutem, exuit, ad aliud quasi vitae exordium, novi instar hominis revocatus. Ita ſe fabula habet, neque plane verisimilis, neque omnino tamen improbabilis; etenim malum malo pulſum fuiſse haud incredibile est: Naturam vero

Digitized by Google

vero ex remanente vitae ſcintilla hominem redintegraſse, non ita a ratione abhorret, ut id prodigio simile videri debeat.

AR-

Digitized by Google

ARETAEI
CAPPADOCIS
DE
CURATIONE ACUTORUM
MORBORUM.

LIBER PRIMUS.

PROE-

Digitized by Google

PROOEMIUM

CURATIO PHRENITICORUM CAP. I.

CURATIO LETHARGICORUM II.

CURATIO MARASMI III.

CURATIO APOPLEXIAE IV.

CURATIO EPILEPTICORUM PAROXYSMI V.

CURATIO TETANI VI.

CURATIO ANGINAE VII.

CURATIO COLUMELLAE AFFECTUUM VIII.

CURATIO PESTILENTIUM IN FAUCIBUS AFFECTUUM IX.

CURATIO PLEURITIDIS. X.

PROOE-

Digitized by Google

PROOEMIUM

Acutorum morborum curationem signorum descriptioni subjiciemus, quorum pleraque in superioribus libris comprehendimus. Quaecunque igitur in *febrium* medicatione fieri debeant, secundum earum differentiam, morborumque speciem, et in ipsis varietatem, horum plurima in tractatu de *febribus* explicabuntur. Quotquot autem acuti contingunt morbi cum febribus, uti *Phrenitis*: aut sine febribus, ut *Apoplexia*: eorum duntaxat hoc in loco curationes exequar; idque, ne vel errores admittam, vel oratione supervacanea utar, si alia in aliis locis conscripsero. Initium vero idem, quod in affectuum enarratione cepi, idemque esto finis.

Digitized by Google

CURATIO
PHRENITICORUM.

Cap. I.

Cubare oportet aegrum in aedibus modicae amplitudinis, aërisque temperati; hyeme quidem, in loco tepido: aestate autem, in frigido ac humido: vere, et autumno, tempestati rem accommodare. Postea conquiescere jubere, et ipsum aegrotum, quique in domo versantur, universos (a); nam acutissime audiunt *Phrenitici*,

(a) Haec a principio Capitis, *Aretaei* verbis, (immutata tantum dialecto) sed omisso ejus nomine, expressit *Aetius* (L. 6. c. 2.) Pauca proxime insequentia praeterit: pauca deinde rursus exscribit; aliqua postea, vel de suo, vel aliunde petita, interserit: et alia demum ex *Aretaeo* passim excerpit.

Digitized by Google

tici, strepituque irritantur et insaniunt. Parietes leves sint, aequales, non eminentes, neque stramentorum coloribus, neque picturis exornentur; picturati enim parietes mentem jacentium perturbant; siquidem ante oculos vanas quasdam imagines accipiunt: quaeque non extant, tanquam eminentia contrectant: et inanis quaelibet occasio ipsorum manus e lecto provocat.

Lecti longitudo, ac latitudo sit mediocris, ut neque in amplioni corpus jactitent, neque ex angustiori decidant. Stragula sint laevia, ut ne floccos legere in mentem iis veniat; et etiam mollia: durum etenim cubile nervis inimicum est; inter alios vero praecipue *Phrenitici* nervi laborant, iisque frequentissime contrahuntur. Ingrediantur viri amicissimi, fermonibusque et alloquiis utantur haud quaquam injucundis; nam in omni re oblectari debent, iique maxime, qui cum dementia iracundi sunt. Num vero in tenebris,

Digitized by Google

vel in luce, jacere debeant, ex morbo conjicere oportet; nam si ad lucem exasperentur, quaeque nusquam sunt, videant, quaeque non adsunt imaginentur, vel pro aliis alia fingant, vel vanas imagines accipiant, et in summa, lucem quaeque in luce sunt, horreant, obscuro loco eos continere praestat: sin minus, lucido. Bonum vero signum est, ubi ad lucem redierit iis mens, et remiserit insania. Abstinentia non diuturna; cibi humidiores sunto, pauciores que et continui: nam cibi ad mentem demulcendam prosunt. Cibi exhibendi tempus esto, cum remiserint ambo, et febris, et delirium. Quod si per inediam furant, neque febris decreverit, cibos dare utile est, qui in febribus quam minime offendant. Expedit utique, ut febris ac furor, et in accessionibus et in remissionibus concordent.

Sanguinis missio

Quod si dandi cibi opportunitas adsit, imprimis considerandum est, an sanguinem oporteat detrahere.

Digitized by Google

here. Itaque si ab initio, primo vel secundo die, delirium cum febre accesserit, vena cubiti media potissimum incidatur; vel etiam, si tertio aut quarto die, furor invaserit, usque ad primum dierum *Criticorum* circuitum *(b)* venam oportet incidere. At si post tempus sanguini mittendo aptum, sexto scilicet, vel septimo die, incipiat, multo ante *Iudicationes* in acutis morbis, evacuantibus, purgantibusque remediis, aliisque, quae corpus irritant et affligunt, utendum est *(c)*. Verum in mittendo sanguine cave ne multum detrahas, etiamsi venam in principio feces; nam *Phrenitis* facile transit in *Syncopen*. Sin aeger valde plenus, ac juvenis, morbusque ex plurimo, vel cibo, vel vino fuerit, non jam ex ratione *Phrenitidis*, sed etiamsi

(*b*) Primus dierum *Criticorum* Circuitus quarto die comprehendi existimatur. Vid. Κρισιμοι in Lexic.

(*c*) Hippoc. Aph. 20. §. 1.

Digitized by Google

nisi illa non urgeat, multum sanguinis mittendum est; multo autem minus, si iidem etiam *Phrenitide* laborent. Caeterum in his vena tutius secari potest, si morbus non a capite, sed a praecordiis initium duxerit; praecordiis enim vitae principium inest: Caput autem sensuum, nervorumque originis locus est, sanguinemque a corde potius attrahit, quam aliis membris impertit. Si caput igitur affectum est, vena cubiti secari non debet; nam in hisce affectibus sine gravi noxa vasa exinaniri nequeunt. Quod si vires detractionem sanguinis satis copiosam sustinere valeant, semel simul que mittatur, ne, inter primae et secundae detractionis spatium, alimenti offerendi pereat occasio; siquidem *Phreniticis* febres continuae inhaerent, quaeque non longas remissiones, sed breves et obscuras levationes recipiant. Sed si ante satis largam sanguinis missionem defecerit aeger, secunda detractio in proximam remissionem differenda est,

nisi

Digitized by Google

nisi ea multo post ventura sit; quod si futurum est, vires odoramentis, ac faciei tractationibus, pedumque compressione, revocare oportet, et sanguinem protinus detrahere. Quantum vero mitti debeat, vires ostendent.

Cibus quidem cunctis febricantibus humidus est aptissimus, (d) praecipue vero *Phreniticis*, quippe qui siccioresint, quam si febre sola laborarent. Mulsum minime praestandum, nisi biliosi sint: nam id a biliosis facile concoquitur. Alicam elotam cum aqua convenit exhibere, vel mulso: vel etiam ex istis sorbitiones simplices, quales cum Satureia, vel apio, vel anetho incocto fieri solent; nam haec et respirationem facilem efficiunt, et urinam movent: atqui *Phreniticis* prodest urinae excretio. Olera omnia conveniunt, ac praesertim malvae: nam earum lentor et ad laevandam linguam asperamque arteriam, et ad stercorum depulsionem Cibus

(d) Hippoc. Aph. 16. §. 1.

Digitized by Google

proficit; bona sunt etiam beta, blitum, et Silago, et matura cucurbita, et quicquid fuerit suo tempore optimum. Ptisanae cremor, primo quidem liquidissimus, ut minus alat: sed paulo crassior, quo longius morbus processerit. Verum in *Iudicationibus*, et paulo ante *Iudicationes* cibus subtrahendus est. (c) At si morbus in longinquum protrahatur, cibos non subducere, sed alimentum ex frumento dare oportet, ut vires aegro non deficiant; quo tempore extremis etiam animalium partibus, et avium carnibus in humore liquefactis, plerumque opus est: haec enim inter coquendum optime dissolvi debent. Ex piscibus, saxatiles aliis praestant: omnino tamen, qui in quaque regione optimi fuerint, deligantur: alias quippe regiones alia piscium genera melius producere vulgo receptum est. A fructibus vinosae naturae abstinendum, quia

(c) Ibid. Aph. 19. §. 1.

quia caput et praecordia inflammant; sin ea propter virium atque stomachi imbecillitatem necesario dari debeant, ea quae pomis similia sunt, in mulso elixa, vel in adipe tosta, praebeantur: cætera cures aqua calida temperare: si ista confirmandi stomachi gratia tantummodo exhibeas; sin ad reficiendas etiam vires quod in iis vinosum est, non admodum dilui oportet. Haec sit utique, ut in summa dicam, victus ratio.

Caput autem, ut refrigeretur, contritae olivae immaturae oleo perfundendum; id enim in *Phreniticis* calefieri non amat. Quod si aegrum vigilia premat, eique imagines obversentur, olei istius et unguenti rosacei primo pares portiones misceantur: deinde, plus rosacei, ad astrictionem refrigerationemque capitis adjiciendum. At si mens etiam conturbetur, et alienetur vox, serpylli comam oleis incoquito, hederaeque, aut herbae sanguinalis, Perfusio Capitis

Digitized by Google

ſuccum affundito. Quod ſi delirium vehementius exardeſcat, pecedanum quoque, ac ſpondylium oleis incoquantur, et inſtilletur aliquid aceti: etenim vaporibus haec calorique difflando, et humoribus craſsis diſsolvendis apta ſunt, quae res delirio cauſam praebent. Inter haec autem cavendum est, ne perfusio in cervicem atque tendines deſcendat: quia tendinibus nervisque inimica est. Perfusionis nunquam non occasio est, praeterquam in acceſsionis initio; parcius tamen, in incremento adhibeatur: ſed plurimum, in vigore, cumque prorſus inſaniant, tunc maxime perfundantur, idque aqua frigida, aut etiam valde refrigerata, aestatis tempore, hyeme vero tepefacta. Porro ad furorem leniendum, poſca, aut conyzae decocto: cum ſpongia, facies fovenda est: deinde vultus, auresque una, et nares unguento oenanthino, aut crocino inungendae.

Ea-

Digitized by Google

Eadem somnum quoque inducunt; nam si tota nocte pervigilent, neque interdiu dormiant, oculique prorsus intenti, instar cornu, rigeant, aegri vero sese jactitent, et e lecto consurgant, somnum illis et quietem moliri oportet: primo, per capitis p[illegible]usiones ex rosaceo unguento [illegible]ero aut amaracino, cum hederae aut serpylli succo, aut etiam melioti decocto. Magis autem soporiferum est papaver, in oleo elixum, ad capitis perfusionem: aut ex aqua, faciei, cum spongia, impositum. Ipsae quoque papaveris herbae integrae, modo recenter fuerint decerptae, virides capiti debent subjici; siquidem *spiritum* tenuem siccumque madefaciunt et incrassant, qui nebulam jam quandam sensibus offundit: Nebula vero grave quiddam, et torpidum est, et somni initium facit. Ac si valentioribus auxiliis aeger indigeat, ipsa papaveris lachryma fronti cum aqua illini potest, et naribus inungi, et auribus infundi. Pedes cum oleo mol-

Quomodo somnus arcessi debeat.

Digitized by Google

molliter contrectentur: demulceatur caput: prodest etiam tempora praecipue et aures scalpere, quod in feris quoque iram ac furorem comprimit. Porro somnum faciunt usitatae cuique res; nautae, decubitus in cymba, et in mari circumvectatio, et littorum sonus, et undarum murmur; et fremitus ventorum, et maris navisque odor; musicae studioso, tibiarum usus cum silentio, aut citharae, lyraeve cantus, aut puerorum canentium exercitatio; ludimagistro, cum puerulis colloquia; aliis item alia somnum inducunt.

Perfusiones ad praecordia

Caeterum praecordiis et ventriculo, si inflammatio cum duritia, excitetur, perfusiones et Cataplasmata adhibere convenit; in inflammatione, olivae oleum maturae, minimeque acerbae injicere: id enim crassum, et viscidum est, et calefaciens; sed et ibidem anethum, aut conyzam, aut utrumque indere commodum est. Quod si flatus etiam insint, Cymini et apii semina, et

quae-

Digitized by Google

quaecunque urinam flatusque eliciunt, et nitrum cribro transmisum inspergito. At si jecur compressione ac dolore vexetur, lanas ab ove succidas accipito, oleum vero omphacinum, aut rosaceum, et sapam *Graecam*, vel *Creticam* admisceto, hisque incocto meliloto, omnibusque in unum succum confusis, jecur perfundatur. Lieni vero applicetur oleum, cum aceto: vel si major, quam antea, videatur posca, et pro lanis, mollis spongia; his enim lienis mirifice delectatur, atque emollitur. Porro si praecordia in interiorem partem sursum reducantur, et circa haec intendatur cutis, olei loco, aut cum eo paribus portionibus mixtum, et in crassitudinem redactum optime facit butyrum; incoquantur autem conyza, et ros marinus, neque vero anethum inidoneum est.

Quod si tempus fuerit Cataplasmatis admovendis aptum, olea iisdem locis eadem adhibeantur: et ma- Cataplasmata ad praecordia

materia sit, ex lini semine, et foeno graeco, et hordei tenui farina; commoda et iam sunt fabae, et ervum, si venter intumescat; milium quoque torrefactum, saccellis inditum, leve ac molle fomentum est: idque permolitum una cum melle, et oleo, et lini semine, utile *Hydropicis* Cataplasma est. Flores autem et herbae, et semina, quae in Perfusionibus praecepi, eadem in Cataplasmatis sunto. Mel vero et cum his convenit, ad medicamentorum siccorum coactionem et aridorum commixtionem, et ad calorem diutius conservandum; quin et, per se bonum est, pro Cataplasmate, semicoctum et pro perfusione, si humore aliquo liquetur; emollit enim, et calefacit, et urinam flatusque elicit, et inflammationes mitigat. Eadem enim, et his plura ac majora, mulsum epotum efficit, in asperam arteriam, et pulmonem et thoracem, et ventrem subiens.

Al-

Digitized by Google

Alvus autem glandibus aut illitionibus continenter irritetur; (nam plerumque sicca est,) tam ut a capite revellatur materia, et vapores in pectore diffletur, quam ut e ventre stercora excernantur. Quod si per multos dies astricta maneat alvus, eam oportet aqua mulsa, et oleo nitroque ducere.

Cucurbitulae

Quod si per haec inflammationis vehementia non magnopere remiserit, in ea parte, ubi inflammatio urget, majorque apparet, admoveatur cucurbitula, cum cutis incisione, applicetur autem una aut altera, prout ex locis inflammatis, ac virium ratione, significari videbitur; ex iisdem quoque sanguinis detrahendi mensuram conjicere oportet: nam ex nimia detracti copia sequitur *Syncope*. Porro, in unum alterumve diem eadem esto perfusio; tertio autem, ceratum, cum aliquo ex oleis in perfusione adhibitis imponatur; postea, sicubi inflammatio sub-

Digitized by Google

subsit, applicentur Epithemata ex hyssopo, et foeno graeco mulsae incocto, et resina terebinthina, ceraque: olea vero iisdem locis eadem. Ac si per haec nihil quicquam mitigetur delirium, caput tondere necesse est; si perquam longi fuerint crines, primo ad dimidium: sin breves, ad cutim. Postea refectis interim viribus, vertici imprimatur cucurbitula, et mittatur sanguis, alia tamen, sine ferro, dorso prius affigatur.

Pectoris medela

Oportet autem, in acutis morbis omnibus, pectori etiam mederi; id enim, cum corde et pulmonibus, plurimum afficitur: primo ab urgente spiritu, modo calido, modo frigido: praeterea febre *ardente*, ac tussi, et humorum depravatione nervorumque communione, et stomachi noxa, nec non membranae costas succingentis, septique transversi vitio offenditur; (eor enim, si majori quopiam malo affligatur, nullo modo sanescit) haec igitur in *Phreni-*

Digitized by Google

niticis omni ratione relevari debent. Etenim ex aliquo nonnunquam in pectore vitio oritur delirium, ſpiritusque calidus, et siccus emittitur, sitis acris, fervor intolerabilis, quoniam is undique in pectus confluit: vitio autem ex nativo calore perverſo provenit, graviorque et molestior est hujus ex omnibus membris translatio in pectus; nam extremae partes, ut caput, manus pedesque frigore laborant: pectus interim velut igne inardeſcit. Huic itaque humectatione et refrigeratione ſuccurratur. Perfusio fiat ex oleo, cum chamaemela nardove incocto: aestate, ex ſapa *Graeca*. Ac si Epithematis uti convenit, palmulae vino austero intinctae, deinde laevigatae, et in placentam, cum nardo, farina, et oenanthe, contritae, Cataplaſma facient pectori non ingratum. Refrigerant etiam mala cum mastiche et meliloto contuſa, quae omnia cera nardoque excipiantur. Sin Stomachus etiam torpore ac faſtidio laboret, absinthii

Digitized by Google

ſuccum, aut comam, una cum his terito, eoque, poſtquam oleo inferbuerit, praecordia irrigato. Abſinthii quoque infuſio, aut ſuccus, ante cibum potui offeratur; infuſionis, circiter duos cyathos: amari vero ſucci, unus, cum cyathis aquae duobus. Quod ſi ſtomachus ardoribus etiam conflictetur, neque id ex morbi ratione proveniat, ſed ex ſe ipſo, utpote qui acribus falsisque humoribus, aut bile mordeatur, ſitique areſcat, lac aquae mixtum inter alimenta propinetur, lactis circiter dimidium heminae cum aquae cyatho uno: hujus quoque plurimum ſorbere expedit, et non nihil cum pane aſsumere.

Quid agendum a Cauſus ſuper veniat?

Verum si et ipſe homo *febre ardenti* peruratur, ſitisque et molestia accedat, cum furore et aquae gelidae desiderio, frigida indulgeri potest, minore tamen copia, quam in *febre ardenti* sine *Phrenitide*; nam in his timendum est de nervis; tantum

Digitized by Google

tum itaque detur, quantum ad recreandum stomachum ſuffecerit: paulum autem ſatis est; quia *Phrenitici* parum bibunt. *(f)*

Quod ſi Syncope.

Ceterum si in *Syncopen* quoque prolabantur, (etenim hoc incidere potest, viribus exſolutis, et homine ſudoribus diffluente, omnibusque extrorſum humoribus prorumpentibus, et robore *Spirituque* reſoluto,) non jam delirii habenda ratio est, ſed impendenda cura, ne homo in vaporem humiditatemque colliqueſcat. Iam vero unicum a vino ſubsidium est, quod in ſubstantia celeriter alit: et usque ad extrema ubique permeat: robori robur adjicit: ſpiritum torpentem excitat: frigus calore temperat: humorum redundantiam comprimit: extrorſum erumpentia atque diffluentia coërcet; ad haec, odore ſuave ac

(f) Hippoc. Praedict.

Digitized by Google

jucundum est: ad confirmandas vires, vitamque restaurandam valens, et ad mentem in furore mitigandam efficaciſsimus; haec utique simul omnia praestat vini potio. Animus namque delinitus conquieſcit, ipsique ſponte ad reficiendas vires cibum aſsumunt, ſeque ipſos ad robur atque voluptatem cohortantur.

Inveteraſcentis mali Curatio.

Quod si morbus jam in vetustatem protrahatur, febrisque lenta inhaereſcat, delirium vero jam in fatuitatem tranſeat, praecordia autem non ita multum, vel tumore, vel inflatione, vel duritia vexentur, ſed in capite potiſsima sit mali cauſa, hominem oportet audacter lavare, eique caput frequenter perfundere. Ita enim corporis habitus ad ſanitatem perveniet, et in capite perſpiratio fiet, et in univerſo corpore exhalatio. Atque hoc modo siccitas retunditur, ſenſusque nebula ei offusa purgatur, mensque stabilis

et

Digitized by Google

et confirmata permanet. Haec ſunt morbi decedentis indicia. *(g)*

CURATIO
LETHARGICORUM
Cap. II.

Lethargici in luce, et contra lumen, jaceant: morbus enim caligo quaedam est; et in loco tepido

(g) Signa *Phrenitidis*, ab *Aretaeo* literis mandata, perierunt. Ea non aliunde aptius peti poſſunt, quam ex *Coelio Aureliano*, (Acut. Morb. L. 1.) qui *Sorani Methodici* ſcripta ſe latinizanda ſuſcepiſſe profitetur. Quanquam enim ſermonem ſuum ſumma loquendi barbarie inquinarit, *Aretaeo* tamen, in morborum deſcriptionibus, longe ſimilior est, quam *Graecorum* quiſpiam, quorum ſcripta ad nos pervenerunt; immo vix ullius affectus enarratio eſt, ubi plurima apud utrumque non inveneris plane eadem.

Digitized by Google

potius contineantur, nam innatum frigus causa est affectus. Lectus esto mollis: stragula et parietes picturentur: variegentur omnia, ut ea visum irritent. Adhibeantur colloquia: pedes contrectentur, atque comprimantur, membra vellicentur, et scalpantur. Quod si altus urgeat sopor, vociferandum est: cum iracundia increpandus aeger et iis, quae timere consuevit, exterrendus: hominique annuncianda, quaecunque concupierit, vel exspectaverit; omnia ad vigiliam faciendam, contra quam in *Phreniticis*.

De Evacuatione

Porro de *lethargicorum* evacuatione haec novisse convenit. Quod si alteri morbo ut *Phrenitidi* succedat *Lethargus*, nec secanda vena est, neque ex ullo loco multus detrahendus sanguis. Clyster. Alvus autem lotionibus subducatur, non modo ad excernenda stercora, verum etiam ut a superioribus aliquid revellatur, et a capite derivetur; salis igitur nitrique multum insit: maxime quoque pro-

Digitized by Google

proderit castoreum inspergere, quoniam in *Lethargicis* imum intestinum friget; et quasi emortuum, nihil excernit. Verum si non ex alterius morbi successione, sed per se *Lethargus* coeperit, et aeger sanguine plenus esse videatur, vena cubiti secetur. Sin aquosa fuerit pituita, vel aliis humoribus repletus, hominem inter initia, purgare oportet cneoro cum ptisana: aut nigro veratro cum mulsa, si id velis mediocriter efficere; at si copiosius medicamenti, quae vocatur *Hiera*, drachmas duas jejuno dato cum mulsae cyathis tribus. Ac tantisper expectans, quoad confecta fuerit purgatio, cibos, si opportunum videatur, exhibeto: sin minus, in posterum diem alimentum differ. Vesperi interdum *Hierae* drachma in aquae vel mulsae soluta cyathis duobus, opportune dari potest. Venae sectio. Purgatio

Inedia obest; etiam cibi copia. Itaque exiguo cibo, singulis diebus, oportet uti; longa vero abstinentia Cibus.

Digitized by Google

fugienda est, quia stomachus refectione singulis diebus indiget. Porro cibus attenuans esto, atque fluxilis; ex jusculis magis, quam leguminibus constans: ista vero ex gallina fiant, aut tinnunculo, quibusdam incoquatur herba mercurialis, et aceti quid affundatur. Succis autem injicito, si forte ptisanae cremore uti convenit, quae spiritum facilem reddunt, et urinae movendae sunt aptâ, uti foeniculum, et apium, sive ipsa olera, sive horum semina; porrum quoque acrimonia sua proficit, et brassica cum oleo et garo. Optime facit etiam ad flatus et urinam eliciendam, cyminum dulce, cum brassica; etenim in quolibet morbo sollicitari debent alvus, et vesica.

Externae applicationes.

Perfusiones capitis eaedem adhibeantur, quae in *Phreniticis*; nam utrisque sensus vaporibus replentur, quos refrigerando astringendoque, oleo rosaceo, atque hederae succo, propulsare necesse est: aut per transpira-

Digitized by Google

ſpirationem extenuantibus exhalare, ut ſerpillo, aut aceto, cum oleo roſaceo. At ſi nervi doleant, frigusque totum corpus, multo autem magis partes extremas occupet, caput et cervicem castoreo, cum oleo anethino, inungito, perfunditoque, et eodem, cum oleo Sicyonio, aut gleucino, aut vetere, inungatur ſpina dorsi, et manus ab humeris, et pedes ab inguinibus. Iisdem etiam irrigetur vesica, quae et tanquam nervus, afficitur, et, tanquam urinae iter, laborat et humorum inſuper acrimonia vexatur, siquidem urina bilioſa est. Quod si increſcat tremor, et convulsionis periculum adsit, oleum sicyonium quoque capiti neceſsario ſuperfundendum est, cujus tamen uſus esto brevis. Ac si in praecordiis excitetur etiam inflammatio, cum tumore, et flatibus et cutis tensione, et ista intro reducantur, et cava fiant, perfusiones et cataplaſmata eadem applicentur, quae in *Phreniticis* propoſuimus.

Digitized by Google

Cucurbitula. Cucurbitula minime uti, si aeger e *Phrenitide* in hunc affectum deciderit: quae ſecurius tamen adhiberi potest, si ab initio hic invaſerit. At si lingua nigreſcat, tumorque in praecordiis indicium praebuerit, haec neceſsario admoveri debet. Postquam autem, ſpatio temporis, evacuatione purgatis ſensibus morbum homo facilius tolerare incipiat, cucurbitula vertici capitis applicetur, nam, hoc in loco, sine ulla virium offenſa, evacuare poſsumus.

Flatuum eductio. Flatus quoque per ſuperiores inferioresque partes educantur; *Lethargus* enim flatus *et in ventriculis*, et in toto corpore contrahit, ex ignavia, et ſegnitie, et animi languore: hos autem diſcutit motus ac vigilia. Itaque ruta viridis, cum melle et nitro contrita, illini potest; cum his vero flatus magis elicit adjecta resinae terebinthinae pars una. Eosdem provocat fomentum; aut cum lanis ſordidis et calentibus, aut cum aſpe-

Digitized by Google

aſperis panniculis veteribus: aut cum ſpongia ex aqua, in qua hyſſopum, aut origanum, aut pulegium, aut ruta sit incocta. Eosdem expellunt, quaecunque ante cibum, ad pituitam atque bilem e stomacho et intestinis educendam, bibi ſolent, ut hyſſopum in mulsa elixum, dictamnum *Creticum* et origanum; item acria ſunt, ſed flatus et urinam educunt et incidunt, adiantum, et gramen.

Quod si manuum atque capitis tremor urgeat, castorei ſemidrachma cum mulſae cyathis tribus ad plures dies propinetur. Id si aeger bibere non ſustineat, ad perfusionem utile est, cum olei cyathis tribus, in quo ruta inferbuerit. Hujus autem pondus duplum imo intestino immittatur, idque per plures dies continuetur. Praeter utilitatem quae ex hac re provenit, (etenim flatus ſurſum ac deorſum expellit, in quibusdam urinam atque stercus elicit,) si castoreum quoque in potione ſumtum per omne corpus diſcurrat, nervos stabiles ac robustos

Caſtorei uſus.

ef-

Digitized by Google

efficit, habitus in calidum siccumque permutat, et morborum constitutionem invertit. Idem quoque maxime prodest, naribus inspiratum: etenim flatus sternutamentio hic incidit; ac prout urinam vesica, ita nares mucum excernunt. Hos autem effectus miti calore illic praestat, aliisque medicamentis ad excitanda sternutamenta efficacibus, piperi, helleboro, struthio, euphorbio excellit, nam ista ad primum atque ultimum tactum immitia sunt, et caput sensusque perturbant; castoreum vero calorem paulatim movet, et alioqui capiti idoneum est, quia nervi illinc undequaque oriuntur: porro castoreum nervorum morbis medetur. Ceterum id alicui supra dictorum, aut aliquibus, admiscere non injucundum est; etenim his admixtum, caput ne mediocriter quidem conturbaverit, et calorem diuturnum succenderit, naresque humoris proritatione nidefecerit. Odoramenta applicentur, ad sensum acria

Digitized by Google

eria, et facultate calida: quale ipsum castoreum est aut satureia, aut pulegium, aut thymum, et ista, aut viridia, aut arida aceto perfusa.

Acrium medicamentorum applicatio.

Pedes atque genua medicamentis acribus illinantur; materia esto, quae ex incremento calefaciat ac mordeat: nam utriusque hujus facultatis indigent *Lethargici* ad calorem et vigiliam excitandam. Itaque primo urticis crura flagellentur; etenim harum lanugo adhaerescens non admodum diu permanet, et pruritum ac dolorem haud molestum infert, sed mediocriter partes stimulat, easque in tumorem attollit, et calorem provocat. At si haec vehementius efficere desideres, limnestidis, et euphorbii pares portiones, cum oleo gleucino, membris inungantur; optime prodest etiam scillae crudae tenuibus partibus ea perfricare: oportet autem artubus oleosum omne detergere, quoniam acre quodvis minime mordax est cum unguigui-

Digitized by Google

guine, nisi id ex medicamentis huiè rei idoneis conficiatur, quale est cyprinum, et gleucinum, et ficyonium. Quod si post haec sopor adhuc altus urgeat, sylvestrem oportet cucumerem cum aceto contritum et synapis aequae portioni in polentam redactae mixtum, superimponere: id autem acre cataplasma est, et celeriter ruborem excitat, celeriterque partes in tumorem attollit; at si timor subsit, ne pustulas ac vulnera inferat, cataplasma frequenter attollendum est, nequid huic simile incidat. Haec utique quolibet morbi tempore, praeterquam in accessionum initiis, commode fieri possunt, ad excitandam segnitiem, et quasi in homine mortuo, torporem.

Pituitae per os eductio.

At si homo sensus jam recepe-rit, gravitatem tamen quandam in capite, et sonitus, et tinnitus percipiat, pituita quoque per os educenda est; itaque mastichen primo manducandam exhibe, ut continen-

ter

Digitized by Google

ter exſpuat, deinde, herbam pedicularem, ac postea, granum *cnidium*, ſed prae aliis, potiſsimum Sinapi, quoniam id usitatum est, caeterisque pituitam valentius elicit. Et siquis id libenter devoraverit, efficax est ad ea, quae in stomacho ſunt, diſsolvenda: valens etiam ad humectandam alvum, et ad expellendos flatus; etenim haec, quodam tempore, caſu contigiſse memini, cum id homo consilio meo deglutiſset. Atqui optima magistra est *Experientia*; quemque igitur periculum facere oportet: cautionem enim nimiam comitatur imperitia (*h*).

Caput quoque, postquam fuerit ad cutim detonſum, nisi id magnopere profecerit, ad transſpirationem promovendam, oportet radere. Quinetiam medicamentis utendum acribus; sicut eo, quod ex Limnestide constat: aut thapsia, vel sinapi humidum. Capitis medela.

(*h*) Verba *Hippocratis*, (lib. de Humor.)

Digitized by Google

dum ex aqua, cum duplici panis portione, veteri panniculo illitum, capiti ſuperdari potest; cumque per horae ſpatium illic remanſerit, ſpongiis calidis fovere opportunum est.

Balneum et exercitatio

Porro ex uſu erit lavatio, omnibus jam, aut ſaltem plurimis ac praecipuis, ſolutis morbi ſymptomatis, adhuc tamen immorante languore: ubi geſtatio quoque proderit, et frictio, corporisque lenis quaelibet agitatio *(i)*

CU-

(*i*) Lethargi ſigna in Aretaeo deſunt. Peti poſſunt ex *Coelio Aureliano*; (acut. Morb. l. 2. c. 1. et ſeq.) vel ex Aëtio, (l. 6. c. 3.) qui ea quae de *Lethargo* habet, ſe ex *Archigene*, et *Poſidonio* deſumere teſtatur. Et ſane non modo curandi ratio *Aretaei* Methodo plane convenit, ſed et ſigna illic hujus more delineata invenimus: iis etiam, quae tradit *Coelius* perperam ſimilia ſunt.

Digitized by Google

CURATIO
MARASMI.

Cap. III.

His vero, si in *Marasmum* decide-rint, citius succurrendum est balneis, et corporis exercitatione. *Marasmo* quoque lac medetur: Quippe quod alat et calefaciat, et ventrem humectet, et vesicam leniat. Quinetiam eadem in hoc vitio, quae in *catocha*, prosunt; similis enim atque eadem est utriusque morbi species. Castoreum quoque his opportunius est ac lenius, et potui datum, et illitum et intestino injectum. Atqui foeminis quicunque horum similes ex utero nascuntur affectus, in morbis muliebribus explicabuntur.

Digitized by Google

CURATIO APOPLEXIAE.

Cap. IV.

* * * *Apoplexia* fit vehemens; nam prorſus emortui ſunt, ſi aeger ſenex etiam fuerit, cui aetati malum familiare eſt; neque enim evadere poſsunt, tum propter morbi magnitudinem, tum propter aetatis calamitatem. Quemadmodum autem affectus magnitudo aestimari debeat, ſupra declaravimus (*k*).

Quod

(*k*) Haec de *Apoplexiae* ſignis perierunt. Apud *Aetium* (L. 6. c. 26.) supereſt hujus affectus Curatio, ex *Archigene*, quae cum *Aretaei* ratione plane convenit. Signa apud *Coelium* habentur, (Acut. Morb. l. 3. c. 5.) qui Curationem principaliter *Apoplexiae* nullum no-

Digitized by Google

Quod si juvenem vel debilis *Apoplexia* tentaverit, difficilis quidem, attamen tentanda est curatio. Porro remedium aequale est, utpote magno affectui magnum auxilium, sanguinis detractio, nisi siquis in quantitate peccet. Modum vero conjectare difficile est. Nam si nimis paululum mittas, hominem jugulaveris; quia exiguus sanguis est in his ad conservandam vitam efficacissimus: cum is corpori vitae sit atque alimenti fomes. Ac si minus, quam pro causa, detrahas, magno adhibito auxilio, non magnopere subveneris; etenim adhuc inhaeret causa. Praestat autem, debito minus mittendo, delinquere; nam si largiori detractione opus esse videatur, et bonae aliquae appareant notae, vena potest iterum incidi. Secetur autem haec, quae in cubiti

Venae sectio.

nobilium priscorum tradidisse memorat; siquidem *Paralysi* generaliter hanc putant adscribendam.

Digitized by Google

ti cavo posita est; etenim ex ea in sinistro brachio sanguis ex facili fluit. Ceterum in exigua *Apoplexia* simul aestimandum est, an sinistras dextrasve partes resolutio occupaverit; quia ut summatim loquar, a sanis partibus sanguis mitti debet: hac enim facile fluit, hac etiam a laesis derivatur. Itaque si absque manifesta causa, *Apoplexia* inciderit, ita de missione sanguinis ratiocinandum est. At si ab ictu fuerit, aut prolapsu, aut collisione, minime differenda est sanguinis detractio, et quibusdam id auxilii per se ad curationem vitamque suffecit.

Clyster.

Quod si vena non secanda videatur, propterea quod homo multo frigore et torpore, et sensus defectione occupetur, alvum ducere oportet, et ad stercorum copiam ex intestinis educendam, (nam plerumque ex nimio cibo vinoque *Apoplexia* invadit,) et etiam ut humores caput ambientes revellantur.

A-

Digitized by Google

Acris autem esto lotio, quaeque pituitam ac bilem subducat; Itaque non modo nitrum habeat, sed etiam euphorbii circiter trium obolorum pondus, cum lotionis usitatae copia, et colocynthidis interiorem partem, et centaurei comae decoctum ex oleo aut aqua. Optima quoque hujusmodi lotio est: mellis usitatae portioni adjecta ruta, quae in oleo inferbuerit, et resinae terebinthinae pars una, et sal, nitri loco et hyssopi decoctum.

Et si per haec homo paululum excitetur aut febre commotus, aut sensibus, post eorum defectionem, receptis, vel si pulsus bonus fiat: vel si facies meliora significet, spem habere oportet, ac fidentius aegro succurrere. Quare, confirmatis interim viribus, medicamenti purgantis, quod vocatur *Hiera*, integra, si fieri potest, jejuno propinetur potio: sin vires prohibeant, hujus dimidia pars cum mulsa. Aeger po- Purgatio

Digitized by Google

stea, in lectica supinus cubans, a viris hanc portantibus leniter gestetur, sed, quo lassitudo arceatur, frequenter conquiescat. Quod si alvus facile fluat, permittere; sin minus, aquae, aut mulsae circiter duos cyathos potui offerre. Si vero inter purgandum nausea quoque supervenerit, hanc minime prohibere; siquidem ad expergefaciendum hominem corporis contentio stimulum quendam adhibet, et pituitae vomitus morbi causam expellit. Porro medicamentum *Hiera* sensus, et caput, et nervos perpurgat. Haec circa omnimodam in initio evacuationem sufficiant.

Externa applicatio

Totum vero hominem oportet, lanis involutum, oleo perfundere, aut sicyonio, aut gleucino vetere, vel singulis seorsim, vel inter se commixtis: prodest etiam ad incrassanda olea cerae paululum colliquare: atque hoc nitri ac piperis injectione valentius reddendum est, post-

Digitized by Google

postquam ea contrita fuerint, et cribro transmissa. Porro miram ad *resolutos* vim habet castoreum, cum aliquo e supra dictis oleo, illitum; sed multo magis valet, si cum mulsa potui detur; ejus autem quantitas eadem esto, quae in *Lethargicis*. Simul autem aestimare oportet et aetatem, et mentem aegrotantis, an id in plures dies bibere sit paratus. Inunctiones Perfusionibus praestant, quia facilius tolerantur, et magis proficiunt; neque enim stragula diffluendo inquinant: laborantibus autem incommodum est, ut stragula corpori adhaerescant; unguenta vero a calore liquantur, absorbenturque, quin et perpetim inhaerescendo juvant, cum Perfusio diffluat. Unguentorum autem materia sit ex supra dictis, quibus adjiciatur castoreum, et resina terebinthina, euphorbii, limnestidis, pyrethri pares portiones, piperis, galbanique pars dimidia, cum nitri *Aegyptii* triplo, cerae quantum ad consistentiam liquidam faciendam

Digitized by Google

ſuffecerit. Ceterum medicamenta his magis varia ac plura ſeorsim a me ſuo loco tradita ſunt (*l*). Cataplasmata quoque duris distentisque partibus imponenda; quorum materia sit e lini ſemine, foeno graeco, farina hordeacea, melle et oleo, in quo ruta vel anethum inferbuerit, cum althaeae radice incisa, et in mulsa, usque ad cerae craſsitudinem, decocta; sint autem consistentiae lenis, tactuique non ingratae. Itaque si adhuc febre vacent, vel etiam leviter febricitent, haec, neglecto isto calore, ſunt ſervanda.

Febrium observatio.

At si febres acutae urgeant, et alter morbus his levior eſse videatur, eaeque periculum intentent, ad has oportet victum atque reliquam accommodare Curationem. Igitur alimentis exquisite tenuibus, et concoctu

(*l*) In iis ſcilicet, quae de Pharmacia ſe ſcripſiſſe ſaepius testatur.

Digitized by Google

coctu facilibus, utendum, et vescendi occasio jam diligentius observanda; et per totam curationem cibi in accessionibus subtrahendi (*m*) et in febres prorsus animum oportet intendere.

Quod si morbus in vetustatem incidat, caputque sit in causa, cucurbitula occipitio admota plurimum incidito, plus enim id, quam venae sectio proficit, neque vires convellit. Prius autem inter scapulas cucurbitula sine ferro applicetur, ut in contrarium ejus, quae in occipitio est, succos revellat. Cucurbitula

Gula quoque interdum *resolvitur*, in qua sola *Apoplecticis* salutis est praesidium; quippe cum per hanc et cibus deglutiatur, et medicamenta transmittantur. Neque enim inediae tantum ac famis periculum est, sed etiam Gulae resolutio

(*m*) Hippoc. Aph. 11. Sect. 1.

Digitized by Google

tuſsis, et ſpirandi molestiae, et ſuffocationis. Nam si quis alimentum ori instillet humidum, id in aſperam ſubterlabitur: cum neque tonsillae ad depellendos cibos concidant, neque Epiglottis, quam pro arteriae operculo Natura constituit, in loco ſuo ſubsidat. Oportet itaque longum cochleare, ſupra arteriam ſublatum, in gulam demittere, et per hanc cremorem aut mulſam infundere: id enim deglutitionem adjuvat. Verum si aegrotus jam-jam moriturus sit; cervix autem et ipſe *ſpiritus* quasi congelentur, cervicem ac mentum calefacientibus illinito ac foveto. Operam vero perdunt, et imperiti ſunt, quicunque ad dilatandam gulam, cucurbitulam mento affigunt; neque enim ejus dilatatione opus est, ut cibus immitti, ſed compreſsione, ut devorari queat. Cucurbitula vero gulam diducit, eamque aperiens atque retrahens, deglutitionem voluntariam impedit; cum stomachus contra remitti debeat, ut ejus fieri poſsit con-

Digitized by Google

constrictio. Ad haec, cucurbitula ipsam arteriam implet cum suffocationis periculo. Neque vero si duas huic atque illi parti gutturis admoveas, quicquam profeceris, nam musculi, nervique et tendines, venaeque stomacho praetenduntur.

Vesicae et Recti Resolutio.

Vesica etiam, quodque huic vicinum est, laxum intestinum, modo ita *resolvuntur* ut nihil excernere valeant: in quo casu semper plena sunt excrementis: vesica autem in magnum quoque tumorem attollitur. Modo *Resolutionem* patiuntur, adeo ut nihil retinere possint, et excrementa, tanquam e mortuis, exeant. Tum vero instrumentum, qui *catheter* vocatur, in vesicam non satis tuto demittitur; nam periculum est, ne *sphacelum* inferat vesicae, et homo nervorum distentionibus occupetur. Satius est, haud magna cremoris copia alvum subducere; et ubi intestina stercore fuerint exonerata, castoreum injicere cum oleo. Unica vero omnium simul,

Digitized by Google

mul, et singularum per se *resolutarum* partium spes est, in oleo sessio; cujus ratio in morbis diuturnis exponetur. (*n*)

CURATIO
EPILEPTICORUM PAROXYSMI.
Cap. V.

In *Epilepsia* lethalis primus est prolapsus, si acute morbus invaserit; nam interdum uno die hominem rapit. Periculosae quoque accessiones, quae per circuitus revertuntur: quamobrem in Acutorum numero posita est a nobis *Epilepsia*. Quod si malo quispiam assuetus degat,

(*n*) Locus iste interiit.

Digitized by Google

gat, morbus autem tenaciter inhaereat, non modo diuturnus, ſed in nonnullis perpetuus hic evadit; nam si vigorem aetatis exceſserit, cum aegro conſeneſcit, et ad mortem usque continuat.

Curatio, qualis Apoplexiae.

Quaecunque igitur huic, ut diuturno morbo, remedia conveniunt, in diuturnis proponentur. Horum vero plurima, quae ad arcendam mortem ſubitam exequi oportet, sicut *venae ſectionem*, *Alvi lotiones*, *inunctiones*, *cucurbitulam*, eadem ſunto, quae in *Apoplecticis* percepimus; etenim haec ſunt ad excitandum hominem efficaciſsima. Quotquot autem peculiaria ſunt prolapſui remedia, in praeſentia docebimus. Puerulis itaque, quibus, ex cibi corruptione, ac vehementi frigore, usitatus est effectus, alimenti, aut pituitae, aut alius cujusvis humoris vomitus prodest. Pennae quoque unguento irino delibutae naufeam provocant: quin et irino tonſillas illinere haud inutile est. In-

Vomitus.

te-

Digitized by Google

terea, puero in ventrem prono collocato, (quae figura ad vomendum facillima est) ilia ejus leniter comprimenda. Quod si convellatur, aut pervertatur inferior maxilla, vel puer manus pedesque disjiciat, totusque ei vultus intendatur, manibus oleo perunctis emolliendae dirigendaeque sunt partes oculorum distortae (o), leniter etiam continendae, ne rectae quoque partes distorqueantur. Frigidi artus lanis antiquis, sordidisque panniculis fovendi. Sedem praeterea melle, cum oleo rutaceo, aut nitro aut resina liquida cum his inungito: et haec quoque intra anum leniter immittito; etenim ista flatus eliciunt: pueri autem, per flatuum expulsionem, hoc morbo liberantur. Ceterum, si deglutire valeant, hoc medicamentum exhiberi potest: cardamomi pars, aeris combusti pars, quae cum

Alvi sollicitatio.

(o) Eadem prope verba ex Archigene profert Alexander. L. I. c. 15.)

Digitized by Google

cum mulsa propinentur, id enim aut per vomitum, una cum humoribus stomachum infestantibus, reddetur, aut alvum subducet. Hoc quoque linctu sumi potest: cardamomi, sinapis, hyssopi comae pares portiones, iridis radicis pars una, cum nitri duplo, et piperis triplo, quae omnia una cum melle mixta, diducta maxilla, ori infundantur etiam ultra tonsillas, ut ea devorent. Haec utique pueris. Adolescentibus autem eadem prosunt; sed medicamenta valentiora ad vomitum oportet deligere, ut narcissi bulbi, sinapis, et hyssopi partes aequales, aeris atque piperis dimidio minus, quam istorum, cum melle permiscens exhibe. Haec ad accessionem depellendam adhibeantur; ceterum ad solvendum morbum idonea in diuturnis enarrabimus.

CU-

Digitized by Google

CURATIO
TETANI.

Cap. VI.

Curatio Tetani ſine vulnere.

Jam vero lectus mollis, tactui gratus, laevis, commodus, calidusque eſse debet. Nervos enim morbus rigidos, duros, et intentos efficit; quinetiam cutis tota cum siccitate et aſpritudine circumquaque intenditur: palpebrae, natura ſua verſatiles, aegre connivent: oculi defixi, atque introrſum convoluti: nec non artus quasi deligantur ob intentionem immobiles. Domus etiam, licet aestas fuerit, tepefiat, ſed citra ſudores, aut languorem; nam ad *Syncopen* morbus inclinat. Oportet etiam ad alia magna remedia properare; neque enim ullum morae tempus relinquitur. Itaque sive ex frigore sine manifesta cauſa, sive

ex

ex vulnere, sive ex abortu mulieris, Tetanus inciderit, vena cubiti secetur. Inter haec adhibenda cura, ne ligatura brachium nimis constringat, sed laxius sese habeat, utque leniter et expedite fiat incisio; nam alioqui, ista nervorum distentiones provocabunt. Sanguis una vice, et mediocri copia detrahatur, citra animae defectum, et totius corporis frigus. Aeger inedia minime vexetur; fames enim corpus siccat, et refrigerat. Mulsa igitur crassa, et meracior et ptisanae cremor cum melle potui detur; etenim haec dum a tonsillis protruduntur, minimum dolorem inferunt, gulaeque devoratu laevia sunt ac facillima ad molliendam alvum maxime idonea, et ad vires instaurandas valentissima. Corpus omne lanis involvatur, oleo glucino, vel crocino madefactis, in quo ros marinus, aut conyza, aut artemisia inferbuerit; et omnia non modo facultate, sed etiam tactu calida sunto. Inungatur etiam aeger unguento, quod ex limnesti-

Venae sectio

Cibus

Inunctio

Digitized by Google

de, et euphorbio, et nitro, et pyrethro conficitur, quibus adjiciatur multum castorei. Tendines item lanis probe contegantur et inungantur loca juxta aures et mentum: etenim hae partes graviſsime laborant atque intenduntur. Tendines etiam, et vesicam levibus calefactoriis foveto, vel ſaccellis milium tostum continentibus vel boum vesicis oleo calido ſemiplenis, ita ut partibus fotis ſecundum latitudinem applicentur. Interdum neceſsitas cogit, ut fomenta capiti adhibeantur; id uti ſensibus non adeo tutum, ita nervis ſalutare est: ſensibus enim, vaporum elevatione, caliginem quandam offundit, nervos autem replet. Itaque fovendi modo tutiſsimo, et materia minime graveolenti, eaque unica, utendum: quae vel ex oleo in vesicis constet inodoro, atque in duplici vaſe cocto, vel ex ſale tenui, in ſaccello; milium enim et lini ſemen, quanquam tactui grata sint, vapores tamen, cum gravi odore, exhalant. At fovendi ratio

Fomenta

sit

Digitized by Google

sit hujusmodi: tendinibus, reſupinato aegro, fomenta ſubjicere oportet usque ad verticem, neque ulterius versus sinciput procedere; etenim hic locus omnium ſenſuum communis est, ab eoque omnia adjumenta, omnesque noxae derivantur. Quod si cataplaſmata etiam tendinibus imponenda sint, occipitium erectum esto: nam si haec magis verſus ſuperiora collocaveris, caput vaporibus lini et foeni graeci ſeminum implebis. Post cataplasmata utilis fuerit cucurbitula occipitio, ab utroque ſpinae latere, admota; ſed parum admodum flammae adhibeatur: nam arcta cucurbitulae labrorum impreſsio dolores convulsionesque excitat. Oportet ergo diu trahere, ac leniter potius, quam brevi tempore festinanter id efficere; nam ita cutis in convexum tumorem sine dolore ſe attollet, quae tum postea incidatur. Sanguinis autem detrahendi modus ex viribus aestimetur. Haec ſunt *Tetani* absque *Ulceribus* remedia.

Cataplaſmata

Cucurbitula

Digitized by Google

Curatio Tetani ex Vulnere.

Quod si *vulneri* superveniat nervorum distentio, pernicioſa ac fere deſperata res est (*p*). Nihilominus ſuccurrere oportet, siquidem nonnulli, adhibitis remediis, ad ſanitatem redierunt. Itaque praeter ceteram curationem, ulceribus medendum est, calefacientium Perfusione, quae ſupra poſui, et fomentis, et cataplaſmatis, et medicamentis, quaecunque calorem facile excitant, et pus abunde movent; nam in *tetano ulcerà* ſunt arida. Accipiatur ergo thuris manna, et polii coma, et resina, tam pinea, quam terebinthina, et althaeae radix, et rutae, et conyzae herba: haec omnia in cataplaſmatis commiſceantur, alia liquando, aliorum pulverem inſpergendo, alia cum oleo macerando, althaeam vero incisam prius in mulsa decoquendo. Inſpergatur etiam *ulceri* castoreum: nam haud exiguus ex hoc in toto corpore

(*p*) Hippoc. Aph. 2. Sect. 5.

Digitized by Google

pore calor excitabitur; siquidem horrores ex *ulceribus* orti mali sunt moris. Inungantur etiam nares castoreo, cum oleo crocino. Quinetiam id, ad trium obolorum pondus, assidue propinetur. Verum si hoc stomachus fastidierit, interponenda est laserpitii radix ad idem pondus, vel myrrhae dimidio minus, quam laserpitii; et omnia cum mulsa potui offerantur. At si *Cyrenaici* laserpitii lachrymae copia tibi suppetat, hanc oportet melle cocto involutam, ad ervi magnitudinem, devorandam dare; nam ita factu optimum est, ut in transitu a palato non degustetur: siquidem acris est; et in ructu graviter ac foede olens; sed si hanc ita deglutire nequeat, in mulsa liquata propinetur: etenim omnibus medicamentis valentior est, quae devorantur, et calefaciendo, humectandoque, et distentioni laxandae, nervisque remolliendis apta sunt. Quod si nihil deglutire valeant, castoreum infra cum oleo injicito;

Digitized by Google

eodem cum unguine, aut melle, ſedem illinito; eodem, vesicam perfundito inungitoque, in craſsitudinem cùm cera liquefacto. Quod si flatus jam et stercoris educendi adsit occasio, medicamenti purgantis, *Hierae* dicti, drachmas duas, cum mulsa et oleo, immitte; nam praeterquam quod ista evocat, intestinum etiam et inferiorem ventrem fomento calefacit: varium namque et calidum medicamentum est Hiera (*q*).

CURATIO
ANGINAE.
Cap. VII.

Anginae ſpecies ſunt duae. Altera fit cum calore, et magna tonsil-

(*q*) Eadem omnino *Tetani* Curatio ab *Archigene* uſurpatur. (Aët. L. 6. c. 39.)

Digitized by Google

sillarum inflammatione, et tumore extrorsum procedente: quin et lingua, et columella, et omnes adjacentes loci intumescunt. Altera species est, earundem partium collapsio, et versus interiora compressio, cum majori strangulatu, ut inflammatio intus usque ad cor inhaerere videatur. Huic quam celerrime occurrendum est, nam et hac aegroti celerrime rapiuntur.

Cynanches curatio

Itaque si ex crapula, vinoque, in *Anginam* deciderint, eodem die alvum subducere, idque duabus lotionibus, usitata altera, ad stercus educendum: altera, quae humoris aliquid a tonsillis, et pectore revellat; itaque non sit simplex (*r*) * * *

Clysteres

(*r*) Locus hic pro manco notatur a *Goupylo*; itaque suppleri potest ex *Aëtio* (Tetrabib. 2. Serm. 4. c. 47.) qui nonnulla illic ex *Archigene* et *Aretaeo* se

Digitized by Google

ſed ex hyſſopi, et centaurei decoctis: siquidem haec pituitam educunt. Ac licet tenuis victus ratio praeceſſerit, incidatur vena cubiti; fiat autem latior incisio, ut cum impetu et confertim exeat ſanguis: nam ita fluens erit et ad calorem quam citiſſime mitigandum, et ad strangulationem ſolvendam, et ad reliqua omnia mala imminuenda efficax. Neque vero parum adjumenti praestat, quoad anima deficere incipiat, non tamen omnino défecerit, continuetur ſanguinis detractio; quidam enim ex animae defectione post ſectam venam e vita deceſſere.

Venae ſectio

Por-

ſe deſumere testatur. De Clyſtere autem haec habet „infundendum eſt centaureae, abſinthii, calaminthae, et ariſtolochiae decoctum, admixto melle, et plurimo nitro„ His plura non videntur deficere. Porro *Archigenis* ratio Curationis cum hoc *Aretaei* capite plane convenit.

Digitized by Google

Porro ſupra talos atque genua ligaturae astrictae fiant, et praecipue ſupra carpos versus cubitum, et ſupra cubitum, versus humeros. Quod si homo ex facili deglutire poſsit, elaterii, cum mulsa et ſero lactis praebeatur, quantum ad hujus purgationem ſuffecerit: nam elaterium aliis medicamentis purgantibus in *Angina* praestat; prodest etiam cneorum, et sinapi, quae ventrem utrumque perpurgant. Post haec, nisi inflammatio ſe remiſerit, lingua ad palatum educta, venae in ipsa incidantur: unde si ſanguis expedite et copioſe fluxerit, aliis remediis auxilii magis afferet. Perfusiones inflammatis locis adhibeantur, primo astringentes, ut materiam repercutiant; Itaque constent ex lanis ſuccidis atque ſordidis vino et oleo, quod ex olivis immaturis efficitur, madefactis. Porro cataplaſmata perfusionibus similia sint, ex palmulis vino intinctis, quae cum foliis roſarum laevigentur utque cataplaſma sit viſcidum ac molle, ad-

Ligaturae.

Purgatio

Venarum in lingua ſectio

Perfuſiones.

Cataplaſmata

Digitized by Google

jungatur farina, et lini ſemen, et mel, et oleum, ad mixturam omnium. Quod ſi affectus in *ſuppurationem* vertitur, calida ſunt eadem, quae in altera *Anginae* ſpecie, admovenda; accipiatur itaque foeni graeci pollen, et manna, et reſina, quae liquentur, et polii coma, quae inſpergatur. Fomenta quoque calida ex ſpongiis adhibeantur, in decocto lauri baccarum et hyſſopi madefactis. Pus autem valentiſsime movet columbarum aut canum ſtercus, tenui cribro transmiſsum, et *Abſceſſui* inſperſum. Oris autem collutiones ex mulſa fiant, cum lentis, aut hyſſopi, aut roſarum, aut palmularum, aut simul omnium decocto. Os item omne, usque ad intimas fauces, illinatur: vel simplicibus, ut mororum, aut malorum punicorum in aqua laevigatorum, ſucco, aut palmularum decocto; vel medicamentis compositis, ut eo, quod ex moris efficitur, et *Diamoron* appellatur,

Fomenta

Gargariſmata

Illitiones

Digitized by Google

latur, vel eo, quod *Diabeſaſa* dicitur, aut eo, quod ex rhois ſucco conſtat, vel eo, quod ex hirundinibus, *Diachelidonon* dictum, conficitur. Sin *ulcera* crustis obducantur, collutiones, et gargarizationes fiant, ex hyſsopi decocto in mulsa, aut ficuum pinguium in aqua, quibus adjungatur amylus cribro trajectus, ex mulsa, aut ex ptiſanae aut ex tragi cremore.

At in altera Anginae ſpecie, in qua partes collabuntur, ab interioribus extrorſum evocandi ſunt et humores, et calor, et ipſa caro omnis, ita ut in tumorem cuncta foras attollantur. Perfusiones itaque calidae ſunto, cum ruta, et anetho, nitroque inſperſo; et cum his cataplaſmata ſupra proposita. Prodest etiam ad calorem movendum, ceratum cum nitro et sinapi imponere: calor enim exterior his affectibus medetur; et praeterea in cervice tumorem foras excitat; tumor autem Synanches Curatio.

ex-

Digitized by Google

extra aſsurgens *Angina* laborantes *Peripneumonia* liberat, ſed intro vergens, perniciem intentat (*ſ*); quicunque vero strangulatum ab *Angina* verentes, aſperam, quo liberius traheretur ſpiritus, incidere arteriam (*t*) rem mihi non videntur experientia confirmaſse. Inflammationis quippe fervor ex vulnere major efficitur, cumque strangulatione et tuſsi in exitium hominis conſpirat. Quinetiam, si periculum hoc alio modo evaſerint, vulneris orae coaleſcere nequeunt, quia utrinque car-

(*ſ*) Hippoc. Progn.

(*t*) *Caelius* inquit, (Acut. Morb. l. 3. c. 4.) Eſt fabuloſa arteriae ob reſpirationem diviſura, quam *Laryngotomiam* vocant, et quae a nullo sit Antiquorum tradita, ſed caduca, atque temeraria *Aſclepiadis* inventione affirmata. Haec *Caelius*. *Laryngotomiam* tamen Recentiorum nonnulli feliciter ſe executos eſſe tradunt.

Digitized by Google

cartilaginoſae ſunt, neque ad glutinandum aptae (*u*)

CU-

* * * * *

* * * * *

(*u*) Caput hoc mancum eſſe videtur, eo quod nihil fere de hac *Anginae* ſpecie curanda praeceptum sit, quam periculoſiſſimam eſſe notavit *Aretaeus*, et cui citiſſime ſuccurri debeat. Mutilum vero eſſe probatur ex *Aëtio*, qui (L. 8. c. 50.) Aretaei verba de *Anginae* Curatione profert, quae nusquam hic reperimus. *Aretaeus* autem inquit, „Cucurbitula „ accipiatur, primumque infra umbili„ cum adhibeatur; mox ad latera, „ dorſumque, et ſcapulas, ita ut aſ„ fidue a loco uno ad alterum trans„ feratur, et ex ſupernis locis deor„ ſum trahatur. Quod si vehementer „ urgeat ſuffocatio, ſinapi aqua tritum „ et vili panniculo exceptum pectori „ impone. Ad delingendum vero con„ veniunt eis, ſinapi, nitrum, hyſſo„ pum, ſquilla aſſa, ſulphur vivum; „ omnia paribus portionibus cum mel„ lis cochlearí permixta delingenda „ exhibe “.

Digitized by Google

CURATIO COLUMELLAE AFFECTUUM.

Cap. VIII.

Affectuum, qui circa columellam oriuntur, quosdam ſcalpello curare neceſse est; ſed eorum *chirurgia* non est hujus operis. Aliis, ut Acutis, mederi oportet; siquidem strangulatum facile inferunt, et ex iis non nulli difficultate ſpirandi occidunt. Talis est is morbus, quem Σταφυλὴν, (sive *uvam*) dicimus, et is, qui Κίων, (sive *columella*,) appellatur; etenim ambo cum inflammatione, et craſsitudinis atque longitudinis incremento ſubsistunt, ita ut columella in aſperam dependeat arteriam. In *Cione*, columella aequaliter craſſa est, a basi ad ſummum palatum.

In

In *Staphyle* vero, haec est inæqualis; ejus enim tenuis est a palato basis, apex autem teres craſſusque cum rubore aut livore: unde *Uvæ* nomen affectus obtinuit. His itaque celerrime occurrere debemus; etenim e Strangulatione celerrime mors invadit.

Proinde, si aeger juvenis fuerit, vena cubiti ſecetur, perque magnam incisionem confertim detrahatur ſanguis; siquidem istiusmodi miſſio hominem, tanquam a ſuffocatione ex laqueo interdum liberat. Alvus etiam lotione ſubducenda, primo mitiori, deinde acriori, iterum atque iterum, quoad aliquid a ſuperioribus partibus derivetur. Circumdentur etiam astricta vincula extremis cruribus ſupra talos atque genua, item ſupra carpos cubitosque verſus humeros. Quod si strangulatus magis magisque urgeat, cucurbitula occipitio pectorique accommodetur: et ibidem in quibusdam locis incidatur cutis. Eadem quoque omnia administrentur, quae in *Angina* praecepimus; eadem enim in utrisque mortis ratio est. Quin et eadem ori

Venae ſectio.

Alvi ductio

Ligaturae

Cucurbitula

Eadem, quae in Angina

medi-

Digitized by Google

medicamenta applicentur, tam astringentia, quam emollientia: idem extra fomentum, eadem cataplasmata, eaedem oris illitiones. At in morbo, qui *cion*, eoque, qui *staphyle* dicitur, pro astringenti medicamento sit, rhois succus, acacia melle aut aqua soluta, hypocystis, terra *Samia*, vel *Lemnia* vel *Sinopica*, et omphacium. Quod si exulceretur Columella, gummi cum amylo, rosarum, aut palmularum decocto intinctum, et ptisanæ, tragique cremor adhibeatur. At in morbo *Cione*, aliquanto plus valentiorum medicaminum applicetur, quae et myrrha, costo, et cypero conficiantur: etenim acria ista facile sustinet. Quod si locus iste suppuret, quibusdam etiam palati ossa computrescunt, iique longo tempore consumti intereunt; sed horum auxilia nobis alio loco præcipientur.

Astringentia

CU-

---

x) Etenim libros de *Chirurgia* conscripsit, ut ipse inquit. (Cur. diuturn. Morb. L. 1. c. 2.)

Digitized by Google

CURATIO FAUCIUM PESTILENTIUM AFFECTUUM.

Cap. IX.

Horum, cum aliis Tonsillarum affectibus, curatio partim est communis, partim propria. *Alvi ductiones*, *Venae Sectio*, *Perfusiones*, *Cataplasmata*, *Fomenta*, *Ligaturae*, *Cucurbitula*, eadem, quae in inflammatione ac strangulatu, sint omnia. Medicamenta autem valentiora illini debent, quia neque subsistunt *Ulcera*, neque in horum superficie crustae oriuntur; porro si ab his sanies introrsum destillet, celerrime partes etiam integrae exulcerantur, celerrimeque haec ad interiora serpunt, atque hominem occidunt. Utile fuerit igitur partem affectam igne adurere, sed factu temerarium, utpote in tam angusto faucium loco; quamobrem medicamentis igne similibus utendum est, quorum ope

Curatio eadem, quae in Angina.

Digitized by Google

ope *Ulcera* et a ſerpendo cohibeantur, et crustae decidant. Ea ſunt, alumen cum melle Galla, balaustium, arida cum mulſa; eadem quoque per calamum inſpirentur, aut pennae, caulive craſso longoque ita imponantur, ut attingant *Ulcera*; prodest etiam chalcitis usta, cum cadmia ex aceto trita: adhibeatur etiam radix rhei cum aliquo liquore, cujus quantitas dupla sit cadmiae. Praeterea cavendum ne *Ulcera* comprimantur: nam ita humeſcent, et ſerpent latius. Oportet itaque sicca medicamenta penna inſpergere: liquida vero liquidissima efficientem, ea columellae infundere. Quod si crustae jam reſolvantur, et rubeſcant *Ulcera*, tum *convulsionis* maxime periculum ſubest, exsiccantur enim plerumque *Ulcera* et cum his nervi contrahuntur. Igitur lacte cum Amylo, et ptiſanae, vel tragi cremore, vel lini, aut foeni graeci ſemine remolliri humectarique debent. Quibusdam etiam columella exeſa est usque ad os palati, et tonsillae, usque ad basim et Epiglotti-

Digitized by Google

glottidem; ac propter cicatricem nihil aut siccum aut humidum aegri deglutire valuerunt: sed potus in nares recurrens homines fame absumsit.

CURATIO PLEURITIDIS.

Cap. X.

Nulla in *Pleuriticis* interponenda est mora vel dilatio, quin his protinus valenti medela succurramus; febris enim peracuta hominem in exitium praecipitat: dolorque membranae costas succingentis in deterius urget: nec non et tussis, pectus caputque conquassans, vires resolvit. Itaque primo die potissimum vena incidatur. Sin morbus ex plurimo cibo vinoque fuerit, abstinendum est uno die, ac dehinc e vena in cavo cubiti, non ejus, qui inflammatis costis in directum jacet, mittendus sanguis: praestat enim à partibus longinquioribus detrahere. Hujus autem tan- Venae sectio

Digitized by Google

ta non mittatur copia, quanta defectionem animae inducat. Nam si, refrigerato corpore, anima hominem reliquerit, periculum est, ne *Peripneumonia* ſuperveniat; humores enim, exteriori caliditate et tentione deſtituti, ad interiora confluunt: pulmo autem rarus calidusque est, et ad trahendum valentiſsimus, costis etiam vicinus, ideoque harum doloris facile particeps; quin et hujusmodi ſucceſsione vix ad ſanitatem pervenitur (*y*): *Pleuritis* autem ex *Peripneumonia* orta ad ſalutem perduci potest, quia malum minus grave est. Oportet itaque, post mediocrem ſanguinis fluxum, ad recreandum hominem interjecto ſpatio, iterum detrahere; idque eodem die, si commode ſe habeat, et febris longa sit remiſsio: sin minus proximo die (*z*). At si febris non remiſerit, (nam plerumque per primum diem inhaeret febris atque increſcit,) tertio

(*y*) Hippoc. Aph. 11. Sect. 7.

(*z*) Haec omnia de miſſione ſanguinis, iisdem fere verbis expreſſa, profert ex *Archigene Aëtius* (L. 8. c. 76.)

Digitized by Google

tertio die, in secunda remissione, sanguis mittatur. Eodem quoque die, homine prius uberrime peruncto, cibus offeratur; costaeque oleum molle infundatur, cum unguine calido, ex rutae vel anethi decocto. Ipsum quoque latus admodum leniter perfundendum est. Nonnullis et dolor et inflammatio in exteriora prorupit, ita ut hae partes affectae viderentur: cum id, in interioribus, mali tantummodo incrementum fuerit.

Jam de alimento, sicut etiam de universa Curatione, ut in nulla re peccetur, sermonem habeamus. Nam in cibo posita est medela; quin etiam cibo medicamenta admiscebuntur (*a*). Is itaque genere sit calidus, et humidus, laevis, et aequalis, detergendi vim habens, dissolubilis, quaeque pituitam solvat, atque extenuet. Proinde cibis omnibus Ptisana praeferatur: initio quidem, in cremorem percolata, ita ut solida pars ejus sepa- Cibus.

(*a*) Hippoc. L. de Aliment.

Digitized by Google

ratur, et cum melle solo condita, usitata vero medicamenta, ad jucunditatem Ptisanae, varietatemque comparandam, absint: quia cremor jam per se sufficit. Efficax quippe Ptisana est ad humectandum, et calefaciendum: valens etiam ad dissolvendam detergendamque pituitam: item quaecunque per sputa evocari juvat, sine dolore sursum effert: ventrem quoque leviter subducit; porro laevitas ejus grata est, et ad devorandum habilis; quin et ejusdem lentor calores temperat, membranas purgat, tusses concoquit, singulas partes emollit *(b)*. Hae sunt hordei Virtutes. Alica secundum locum obtinet, quae paucis Ptisanae Virtutibus optime praedita est; lentor enim, et laevitas, et in devorando suavitas utrisque communia sunt: in ceteris omnibus Alicam antecellit Ptisana; ista quoque simpliciter

(*b*) Haec de Ptisana *Hippocratis* verbis (de V. et. Acut.) scribit *Aretaeus*. Quin & ejusdem norma curationem totam exequitur.

Digitized by Google

citer cum melle ſolo condiatur. Boni ſunt etiam tragi. His deterior eſt oryza, quia siccat, et exaſperat, et coſtarum purgationem potius ſupprimit, quam diluendo promovet. Optime prodest etiam panis aridus, inciſus, cribro transmiſsus, tepidus, concoctu facilis, qui cum mulſa ſatis alimenti praebet. Quod si morbus jam proceſserit, et homo cibum faſtidiat, Ptiſana ipſa ex hordeo detur, laevis, probe cocta; condiatur autem anetho, et ſale, et oleo tenui, puro, minime viſcido, vel aſpero; praestat autem partem olei cum Ptiſana coquere, quoniam ita ſorbitio pinguis efficitur, et oleum pravitatem ſuam exuit: id enim, longa coctione a cremore abſorptum, non amplius jam apparet.

Item porrus cum coma ſua, et amygdala amara cremori incoquantur: nam ab his medicinalis efficitur, et reſpirationem facilem reddit; porri quoque cum cremore comesti utilitatem pariter, et delectationem ſum-

Digitized by Google

mam afferunt. Jamque ovorum boni succi exhibendorum occasio est; at si humida et copiosa materia per os feratur, aliquid Sulphuris ignem non experti, nitrique his inspergito; maxime vero prodest ova recentia, igne non cocta, offerre, quia calor ex matre humidior est igne, et aegrotanti familiarior, utpote uni animali ex alio. At si pituita glutinosa sit ac viscida, oleum ovis affundito, resinamque pineam aridam, quo valentius Sulphur efficiatur, inspergito, hisque resina terebinthina liquata adjungatur. Piper etiam et in ovis, et in Ptisana, et in omni cibo, proficit, et quaecunque piperi similia sunt. Inter carnes prosunt extremi animalium pedes in cremoribus eliquati, columbae, gallinaeque elixae, suis cerebrum cum omento tostum, vel sine hoc nidoris expers. Si aeger sine stridore spiritum emittit, dandi sunt etiam marini pisces, aut saxatiles ex optimis, qui in regione producuntur. Verum ut neque cupiditate delinquat, neque victus tenuita-

te

te consumatur, ex fructibus, indulgeri possunt poma, in aqua vel mulsa elixa, aut cum adipe tosta: quorum oportet coria, quaeque intus aspera sunt, cum seminibus eximere, item ficus horariae dentur, et alii fructus, quotcunque vel innoxii sunt, vel aliquid adjumenti praestant. Haec utique de alimento.

Externae applicationes.

Lateri vero superimponantur lanae sulphure fumigatae, et unguine imbutae, in quo anethum aut ruta inferbuerit. His item latus jugiter perfundendum, Cataplasmatisque ante cibi assumtionem, praeter solita, contegendum, ex meliloto cum mulsa elixa, cui papaveris incocta caro misceatur, et inspergatur mannae pollen. Quod si sputum multum et humidius exscreetur, lolii, aut irionis farina commiscenda est, nitrumque inspergendum. At si morbus jam in vetustatem inciderit, dolorque inhaereat, et pur-

Digitized by Google

gatio sit humida, hominem *suppuratum* fore expectandum est. Itaque sinapi et cachry Cataplasmatis admisceantur; et si laborantes frigoris sensum in locis interioribus percipiant, acetum affundatur. Oportet autem Cataplasmata valentia efficere, ut eorum calor diu remaneat: id enim Cataplasmatum renovationi longe praestat. Itaque calefactiones adhibeantur, e saccellis in coni speciem figuratis, ubi milium insit, aut ex oleo calenti in vesicis (*c*). Omnis autem fomenti modus levis esto, ne pondere dolorem doloni adjiciat. Haec etiam post cibum admoveri possunt, si dolor vehementer urgeat.

Cucurbitula

Post haec adhibendae Cucurbitulae (*c*) jam occasio est; ea post septimum diem maxime juvat: quam ob

(*c*) Haec etiam de externis applicationibus et de Cucurbitula pleraque, iisdem Verbis habet Aëtius (ibid.)

Digitized by Google

ob rem hoc remedio non praepropere utendum est, neque enim mites sunt morbi, quicunque ante septimum diem Cucurbitulam requirunt. Esto autem magna, undequaque lata, et ad dolentem locum ambiendum capax; neque enim dolor interius descendit, sed in latitudinem diffunditur. Porro multa sub Cucurbitula flamma succendatur, non modo ut carnem attrahat, verum etiam ut ante ignis extinctionem calefaciat. Exstincto igne, scarificando tantum sanguinis detrahito, quantum vires permiserint: multo autem plus, quam si alia quavis de causa a praecordiis detraheres; etenim in *Pleuriticis* ea videntissimum est Cucurbitulae auxilium. Sal et nitrum, scarificationibus insperſa, mordent quidem, et dolorem creant, sed adjumentum praestant. Verum in hac re vires moresque hominis considerandi sunt; nam si animo forti sit ac patienti, inspergatur sal, non ita ut ipsa ulcera contingat, sed linteolo unguine

guine madefacto injiciatur, quod tum postea super locum incisum extendito: siquidem humor, e salis liquatione manans, minus quam sal ipse mordax est; plurimum autem unguinis affundendum, ut hujus lenitate hebescat dolor e salis mordacitate proveniens. Postero die Cucurbitulam rursus accommodare proderit, ut ex vulneribus tenuis quaedam sanies extrahatur; haec priori Cucurbitula tum magis adjumenti praebet, tum vires minus convellit: neque enim sanguis, qui corpus nutrit, sed sanies cruenta emanat; haec autem viribus exquisite aestimatis administrentur. Die tertio, ceratum cum oleo cyprino, et rutaceo, imponatur. Quod si adhuc sputa purgationis indigeant, cum ceratis resinam eliquato, aut sulphur ignem non expertum his admisceto; locumque rursus fove. Quod ad Cucurbitulae modum attinet, habendum est vas fictile, leve, lateri congruens, latum: vel aeneum, pronumque in labra descendens,

Digitized by Google

dens, quod loca dolentia comprehendat. Flammam huic plurimam cum oleo ſubjicito, ut diu viva permanere poſsit; neque carni arcte labra vasis imprimantur, ſed aëri ſubinde permittatur introitus, quo minus ſuffocata exstinguatur: diutius enim hanc ſuccendi expedit, quia calor Cucurbitulae incluſus et optimum fomentum est, et optime ſudores elicit.

Clyſter et medicamenta per os ſumta.

Neque vero remedia inferioribus partibus adhibenda negligere oportet; ſed viris, in intestina, mulieribus, etiam in uterum, oleum rutaceum injici debet. Aliquid autem aeger perpetuo bibat atque devoret: mulſam cum ruta, et Ptiſanae cremore, si continenter tuſsiat, ut cibo insit medicamentum. Quod si alimenti offerendi nondum fuerit occasio, aliquod ex medicamentis compositis detur, ut butyrum ad consistentiam cum melle decoctum: id in pilulas rotundas, fabae magnitudine coactum, ſub lingua con-

Digitized by Google

continendum, et huc atque illuc movendum exhibe, non ut devoretur, sed ut in ore liquefiat. Medicamentum quoque, quod ex papavere, cum melle, ac meliloto, conficitur, gratum est, laeve, ac soporiferum. Haec utique, et ante cibi assumtionem, et assumto cibo, et post ipsum somnum praebeantur. At jejuno medicamentosa dentur, quale est id, quod urticae, et lini seminis, et amyli, et nuclei pinei, laevigatis quibusque, cyathum habet, et amygdala amara numero viginti quinque, et totidem grana piperis: quae, tosta, ac trita, oportet in Eclegma permiscere; horum cochleare unum offeratur *(d)*. Verum humida et cruda rejiciat, myrrhae drachmas duas, croci unam, piperis Grana quindecim, cum mellis libra subigito; hujus medicamenti, ante cibum, cochleare dimidium dato *(d)*; idem in

(d) Haec etiam medicamenta dari praecipit *Aëtius*; (ibid.) quorum prius ab *Archigene* usurpatum est, uti constat ex Capite 77.

Digitized by Google

in diuturno lateris morbo prodest, ubi Oxymel etiam concedatur, si ſpirandi difficultas urgeat.

Aquae frigidae noxa.

Frigidam vero aquam quicunque Medicorum *Pleuriticis* obtulerint, neque, quanam ratione adducti, id egerint, conjicere poſsum, neque rem experientia confirmare. Quippe siqui per frigidam, periculum evitarint, hi mihi videntur non fuiſse *Pleuritici*. Verum apud antiquiores Medicos (e) *concurſus* quaedam ſpecies *Pleuritis* vocabatur, in qua nempe bilis excretio est, cum dolore lateris, et levi febricula, vel etiam abſque hac; hujusmodi affectus *Pleuritidis* quidem nomen obtinuit, ſed reipsa non est *Pleuritis*. Quin etiam ſpiritus non nunquam, in latere concluſus, sitim, et dolorem molestum, cum tenui caliditate, excitat; idque homines imperiti *Pleuritidem* appellarunt. His aqua fri-

(e) *Empiricos.* Quid ſit concurſus, ſive ξυνδρομὴ in lexico expositum eſt.

Digitized by Google

frigida, prospera bibentis fortuna, remedio esse possit, si per hanc sitis fuerit exstincta, et bilis cum spiritu subducta, dolorque cum calore exhalatus. Verum in *lateris inflammatione*, et *Membranae costas succingentis tumore*, non modo aqua frigida, sed etiam gelida respiratio nocet.

Inveterascentis mali observatio.

Quod si ope medicinae supra traditae, supersint *Pleuritici*, adhuc tamen brevi tussicula laborent, iisque calor aliter aliterque accedat, haec oportet quam maturrime discutere; alioqui, morbi reliquiae recidivas facient (*f*) aut in *suppurationem* convertentur.

AR-

(*f*) Hippoc. Aph. 12. Sect. 2.

Digitized by Google

ARETAEI
CAPPADOCIS
DE
CURATIONE ACUTORUM
MORBORUM

LIBER SECUNDUS.

Digitized by Google

Curatio Peripneumoniae. Cap. I.
Curatio Sanguinis reiectionis. II.
Curatio cardiacorum. III.
Curatio cholerae. IV.
Curatio Ilei. V.
Curatio Acutorum Jecoris affectuum. VI.
Curatio Acuti circa venam et arteriam spinalem affectus. VII.
Curatio acuti renum affectus. VIII.
Curatio Acutorum vesicae affectuum. IX.
Curatio Suffocationis hystericae. X.
Curatio satyriasis. XI.

CU-

Digitized by Google

CURATIO
PERIPNEUMONIAE.

Cap. I.

Peracutum ac vehemens malum est, inflammatio ac tumor pulmonis, unde strangulatio brevi insequitur. Itaque paria ac matura ferenda sunt auxilia. Venae cubiti protinus incidantur, ac duae simul potius in brachio dextro laevoque, quam major una, ut ab utraque scilicet Pulmonis parte fiat humorum revulsio. Sanguis ante animae defectionem, supprimendus: etenim haec cum strangulatu in exitium conspirat; cumque a malo paululum respiraverint, fluxum sanguinis oportet sistere, eumque denuo detrahere. Nam si in sanguine morbi subsit causa, hanc ipsam venae sectio tollit; vel si pituita, aut spuma, aut aliqui Venae sectio.

Digitized by Google

quivis humor morbum fecerit, venarum evacuationes pulmonis ſpatium, ad ſpiritus transitum, amplius efficiunt.

Alvi ductio. Oportet etiam humores et flatus per inferiora ſubducere: poſt venae ſectionem, nitro, melle, ruta, resinaque terebinthina humida, ſedem illinendo. At venae ſectionis loco, ſi majus quippiam impedimentum ſubsit, acri lotione ſubducatur alvus, ut ſale cum nitro, aut resina terebinthina cum melle; ruta quoque in oleo, et hyſsopum in aqua decoctum, et cucurbitae ſylvestris interior caro in aqua elixa, optime juvant.

Cucurbitulae. Proſunt etiam Cucurbitulae sine ferro, tergo, dorſo, et praecordiis ubique admotae; ac ſi forte pectus carnoſum fuerit, quae Cucurbitulam impediat, quo minus inhaereſcens carnem contra oſsa atterat, huic eas accommodare. Nam ſi ex univerſo corpore et humores educantur, et pro-

Digitized by Google

protrahatur *ſpiritus*, quibus opprimuntur Pulmones, aliquid a malo reſpirationis invenietur; siquidem ex omni parte oppugnanda *Peripneumonia* est.

Medicamenta per os ſumta

Porro neque ex his medicamentis, quae per os ſumta proficiunt, quodvis negligendum est; etenim pulmo, sive recte ſe habeat, sive aegrotet, humorem attrahit.

Quocirca hujusmodi medicamenta praebeantur, quae humores extenuent, et ad transſpirationem idoneos reddant, quaeque eosdem lubricos fluxoſque, ita ut per ſuperiora educi poſsint, efficiant. Propinetur itaque, celeris adjumenti gratia, nitrum cum hyſsopi decocto, vel muria cum aceto ac melle, vel sinapi humidum cum mulsa: et singulis his proficiet iridis radicem et piper inſpergere; haec etiam arida, cribro transmiſsa cum melle dari poſsunt. At si diem inſomnes Hypnotica. agunt, et totam quoque noctem per-

Digitized by Google

vigilent, periculum est, ne homo in furorem agatur, jamque variis medicamentis ſoporiferis opus est, nisi quid morbus remiſerit, ut haec opportune data mali acerbitatem leniant; etenim haec plerumque ſomnum inducunt. At si in ipſo strangulatus impetu, et morte appropinquante, id genus medicamenti exhibeas, te necis authorem eſse vulgus arbitrabitur.

Cibus. Alimenta pariter ejusmodi eſse debent, acria tenuia, craſsitudinem diſsolventia, detergendique facultate praedita. Ex oleribus, porrum aut coronopus, aut urtica, aut braſsica aceto incocta. Ex frumento, Ptiſanae cremor, aliquid origani, vel hyſsopi, et piperis, et nitri plusculum pro ſale accipiens; item alica cum mulſo cocta; haec omnia in elixatione flatibus priventur: flatus enim *Peripneumonicis* officiunt. Vinum, siquando febre vacent, quod haud ita multum astringat, potui detur; corpus quippe denſat astrictio:

Digitized by Google

ctio: his vero partes potius relaxandae. Sputa quam plurimum educi debent. Ex toto autem potus exiguus esto; etenim madefactio Pulmoni inimica est, quoniam is a stomacho et ventriculo humorem attrahit.

Pectus autem lanis oleo, cum nitro et sale imbutis contegatur; optime etiam facit inunctio ex Limnestide, et aridum sinapi cum cerato humido. Atque omnino humores, et calor, et spiritus educendi. Prosunt etiam acrium odores: illitiones: extremarum partium deligatio. Haec si feceris, neque morbus tamen cesserit, de homine desperatum est. (a) Epithemata

CU-

(a) Pleraque, quae in hoc capite continentur, in libros suos traduxit *Aetius*, (L. 8. c. 75.) pauciſſimis verbis immutatis, nulla tamen *Aretaei* facta mentione.

Digitized by Google

CURATIO SANGUINIS REIECTIONIS.

Capt. II.

Omnes e *Rejectione Sanguinis* affectus mali sunt moris: non modi tantum ratione, ut si per venae *ruptionem*, aut *erosionem*, verum etiam si per *rarefactionem* effundatur; neque solum, si ex *Pectore* aut *Pulmonibus*, aut *Stomacho*, aut *Jocinore* feratur, ex quibus maximum periculum imminet: sed etiam si ex *capite* defluat, unde noxae minus infertur. Sanguinis enim effusio est; sanguis autem omnes partes alit, omnes calefacit, omnibus colorem impertit. Ac profecto terribile est sanguinem, per os utcunque emanantem, intueri, periculo-

sum

Digitized by Google

ſum etiam, ſi ex nobili viſcere: eoque magis, ſi ob vasis *ruptionem*, vel *erosionem* profundatur.

Generalis cura.

Itaque Medicum oportet huic affectui feſtinanter occurrere; et primo quidem, aerem inſpirationi frigidiorem deligere; cubiculum planum, in eoque lectum firmum, ne quid ullam in partem conquaſſetur; ſtrata vero ſolida ſint, minime cedentia, vel profunda, vel calida. Figura corporis erecta; aeger interim neque ſermones habeat, neque accipiat; animi quies, et hilaritas, quoniam hos ingens deſperatio comitatur: ecquis enim, ſanguinem vomens, mortem non perhorreſcat?

Itaque ſi ſanguine pleni ſint, et venas exſtantes habeant, in omni *Rejectionis* genere, ſecetur vena; nam ſive ex *ruptione*, ſive ex *erosione* ſanguis profluat, venae ſectio conducit: ſive *rarefactio* in cauſa eſt, ne venam ejus copia diſrumpat,

Digitized by Google

metuendum. Incidatur autem cava in cubito vena: etenim ex hac et facile ſanguis effluit, et ipſa ſectioni exposita est, utque per plures dies ſanguis emitti poſsit, aperta sine periculo ſervatur; quinetiam, ut ſummatim loquar, ex omnibus praecipuis viſceribus haec est ſanguinis via, haec autem, quaeque hac ſuperior vena est, unius venae in brachio ambae ſunt propagines, quo fit, ut nihilo magis juvet ſuperiorem, quam hanc, incidere; nam propaginum ignari ſunt, quotquot ſuperiorem stomacho et Jocinori adnectunt. At si a *Liene* fiat profuſio, sinistrae manus venam illam, quae inter minimum digitum atque annularem jacet, Medicorum nonnulli incidere jubent, quoniam hanc ad lienem uſque pertinere arbitrantur, ſed et ipſa etiam inferioris venae cubiti propago est, cur itaque hanc prope digitos potius, et non in cubito, quis inciderit? etenim in cubito major est, et ſanguinem facilius effluere permittit. Prorſus au-

Digitized by Google

autem, citra animae defectionem; ſupprimendus ſanguis, atque haud ita multum hujus mittendum: nam et ipſa per os effusio vires hominis ſatis convellit; ſed aſsidue postquam paululum detraxeris, iterum detrahito, et eodem die, et postridie, et die perendino. At si aegrotus tenuis, atque ſanguinis inops fuerit, vena ne ſecetur. Hactenus de miſsione ſanguinis.

Applicationes externae

Succurrendum est etiam extremorum deligatione, uti pedum, ſupra talos et genua, et manuum, ſupra carpos atque brachia, ipſa faſcia lata sit, quo validior fiat, neque dolorem moveat constrictio (*b*). Locis autem, unde ſanguis prorumpit, lanas ab ove ſuccidas imponito, quae humore perfundantur uti vino austero, et oleo roſaceo, vel myrteo.

Quod

(*b*) Ex iis, quae ſequuntur, multa, ſine *Aretaei* mentione, transposita tamen, et paululum immutata, ſcriptis ſuis immiſcuit *Aëtius*. (L. 8. c. 70.)

Digitized by Google

Quod si profluvium vehementer urgeat, pro lanis adhibendae ſpongiae, et acetum pro vino, locusque oleo myrteo inungatur: ſpongiis autem omnibus acaciae, vel hypocyſtidis, vel etiam aloës siccatae ſuccus inſpergatur; optime facit etiam omphacium aceto ſolutum. Quod si molesta et toleratu difficilis fuerit Perfusio, Emplastris uti convenit: etenim haec cutim circumtendunt, et quasi manu comprenſant: et eorum facultates corpus potenter astringunt, atque exsiccant. Horum innumera, alia quidem aliis, experientia innoteſcunt; ſed optima ſunt haec, quae ex aceto, et ſalicis foliorum ſucco et bitumine, et aerugine, et alumine, et thure, et myrrha, et aere combusto, et hujus ſquama componuntur, et ex iis rebus, quae in Emplastris ſimilem habent vim; vel lanae ſuccidae, vel ſpongiae aceti paululo intinctae. Sin Emplastrorum tentionem ferre nequeant, hujusmodi Epithema fiat: palmulae pingues, vino nigro austero ma-

Digitized by Google

madefactae, in placentam conteruntur, dein his acacia cum malicoriis inſpergitur, ac postea omnia veteri panniculo illita pectori imponuntur. Huic etiam ſuperdari potest Epithema, quod ex farina vino aut aceto perfuſa, et lentis tenui polline cribrato conficitur, quae cerato ex unguento roſaceo excipiantur, et his admiſceatur ſymphyti radix, cribro itidem transmiſsa. Aliud Epithema: brabylorum ſylvestrium radices aceto incoquito, et in placentam contritis, rhois, myrtique, et gummi paululum admiſceto. Ex his utique alia aliis miſceri debent, prout medicamentorum vi, et lenitate, et odore opus fuerit; siquidem aegrotantibus gratificari convenit. Haec ſunt remedia exterius admovenda.

Medicamenta per os ſumta.

At his praeſentior medicina in iis, quae bibuntur, iisque quae devorantur, consistit, ut medicamina vul-

vulneratis partibus quam maxime propinqua esse possint. Horum species est triplex; vel ut, vasa cogendo comprimendoque fluxionis ductus quasi ligent: vel ut effluentem humorem incrassent atque congelent, quo minus effundatur, quanquam exitus pateat; vel ut vias exsiccent, sanguinem intra sedem antiquam retinendo, ne profluvio loci exinaniti maneant, et in eam partem exundent, ubi facta est effusio. In venarum *rarefactione* astrictio sufficit: etenim nihil memorabile, sed paululum, tanquam ex aquae novo vase, profluit. Item in venarum *divisione*, astrictio medetur, earum oras committendo; majoribus tamen atque valentioribus medicamentis utendum. Verum enim vero si *erosio* subsit, neque astringentibus *Ulceris* labia cogantur, sed vulnus dehiscat, et propter elisionem conjungi nequeat, sanguinis et caloris congelationem facere necesse est: siquidem horum immobilitate et con-

Digitized by Google

cretione profluvium ſupprimitur. Itaque poſca *rarefactis* ad astrictionem ſufficit: neque enim id quod effluit ſanguis ſincerus, ſed hujus ſanies est, quae per oſcula venarum exprimitur; neque vero ita multa poſcae copia opus est, neque hujus admodum frequenti aſſumtione. Quibusdam etiam exterior medela, cum palmularum, vel siliquarum eſculentarum decocto, potui dato, per ſe ad curationem ſuffecit. Acetum autem ex vinorum astringentium genere sit, si non medicamentis, at tempore ſaltem acre et astringens redditum. At in vulnerum *dilatationibus*, praeter poſcam, medicamenta primo simplicia adhibeantur, plantaginis, aut herbae ſanguinalis, aut ſeridis ſuccus, quorum ſingulorum aequalis pars adhibeatur cum poſca. Et si fluxio major evaſerit, hypocyſtidis, aut acaciae aridae drachmam unam tribus poſcae Cyathis inſpergito; optime facit etiam uvae acerbae ſuccus. At

si

si hujus medicamenti vim calamitas exsuperet, inspergatur galla trita, et rubi radix arida, cum lapide marino, quod corallium dicitur, arido contusoque, his etiam valentior est rhei radix ad refrigerandum, et omnia denique, quorum opus est, praestanda: et haec etiam cum posca tantum exhibeatur; sin majora requirantur auxilia, radicis hujus obolos tres seridis ac plantaginis succo, ad trium quartuorve cyathorum mensuram, injicito. Verum in *erosionibus* astrictio prorsus facienda est, tam ad concretionem effluentis sanguinis, quam ad partium suscipientium constrictionem, ut ex magno vulnere venae conserantur. Porro quae bibuntur, valida sint et ad concretionem faciendam efficacia; itaque coriandri succus cum aceto, et leporis, aut hinnuli, aut hoedi coagulum propinetur: parce tamen, quoniam horum aliquod interdum, nimia copia datum, homines interemit; sed ex coriandri succo haud minus quam dimidium cyathi cum

po-

Digitized by Google

poscae tribus exhibeatur, coaguli vero oboli tres, aut ad summum, quatuor. Ad hujusmodi fluores optime facit etiam terra *famia* et *Eretria*, et *Aster* dictus, valde candidus, et *sinopica*, et sigillata *Lemnia*; horum autem, ad minimum, una drachma, ad plurimum, drachmae tres, cum decocto aliquo bibantur, ut palmularum, aut siliquarum edulium, aut rubi radicum. At si exasperetur arteria, et ex eo tussis oriatur, sapae *creticae* inspergantur ista; optime quoque ad arteriam laevandam prodest amylum cum his madens: nam praeterquam quod laevet, glutinandi quoque facultatem habet. Itaque si profluvium urget, semel in die ante cibi assumtionem dandum est; sin minus, bis, et etiam tertia vice sub vesperam. Ex medicamentis quoque siccis catapotia fieri possunt cum melle ad consistentiam decocto: qualis est galla trita: optimus etiam rhus est, quo in opsoniis utimur, acini vinacei, oxylapathi semen, et per se singula, et

Digitized by Google

simul omnia; haec etiam sub lingua contineantur, ut perpetuo liquari possint, gummi quoque cum ipsa planta, et tragacanthae lachryma. Compositorum infinita est experientia: varius item usus pastillorum ex *Aegyptia* spina, et ejus, qui ex electro, et ejus, qui ex croco dicitur, quorum praeparatio est seorsim a me tradita. (*c*)

Febrium observatio.

Ceterum, si absit febris, omnia in medicamentorum exhibitione audenda sunt, et multa et frequenter danda. At si febris supervenerit (et plerumque ex vulnerum inflammatione febres accedunt) neque in accessionibus, medicamenta potui offerenda: multi enim celerius febre quam sanguinis profluvio opprimuntur.

Ali-

(*c*) In libris, quos se de *Pharmacia* conscripsisse dicit.

Digitized by Google

Alimenta varia, et ſpecie medicamentis ſimilia; quin etiam cibo medicamenta admiſceantur; neque enim in uno tantum cibo omnia alimenti bona facile invenire licet, neque ſi unus ad curationem per ſe ſuffecerit, uno propter ſatietatem uti in promtu eſt: Itaque per varia eundum. Jam vero morbus diuturnus eſſe incipit; itaque alimenta aſtringentia ſint, et facultate refrigerantia, et vel tactu frigida: calor enim ſanguinem provocat. Alica elota: oryza in poſca; ſed ſi poſca ſuſsim moveat, palmularum decoctum: panis toſtus, ſiccus, contuſus, et in farinae ſpeciem cribro trajectus; ex his omnibus forbitio fiat cum oleo, cui inſpergi potest thymbra ſale condita, cum rhoe. Quod ſi quid aegrotanti gratificari velis, coriandrum cuicunque id jucundum fuerit, delectationis cauſa indulgeto, vel aliquod ex ſeminibus, quae urinam movent, et reſpirationem facilem efficiunt, ut lentem, ſi profluvium urgeat, cum plantagi- cibus.

Digitized by Google

nis fucco: sin minus, a fucco abstineatur, quippe qui neque concoctu sit facilis, neque gustui jucundus; his vero minime omnium danda est, quae aegre concoquuntur. Sed si ex profusione sanguinis mors timeri possit, etiam injucunda, et concoctu difficilia praebe, et vel immitia, modo salutem afferant; itaque galla arida, contrita, lenti siccae frigidaeque inspergatur: et ova inter coquendum crassa effecta, cum mali punici, vel gallae cortice, exhibeto. Hoc utique necessario cum medicamentis alimentum est. Potus omnino sit exiguus, quia siccae victus rationi humor non convenit. His utere, si astringere et refrigerare in animo habeas. At si incrassare et sanguinem et *spiritum* velis, lac, et amylum prosunt, et alica, modo cum amylo, modo cum lacte; horum consistentia ad crassitudinem redigatur, ut ne sorbitio sit liquida. At si ulterius incrassare et astringere cupias, alica cum palmulis coquatur, et ad consistentiam

Digitized by Google

tiam optime perducetur amylo, vel farre *Tyrrheno*, quod cum lacte craſsum, et viſcidum, et glutinoſum est; hoedi vero coagulum liquidis decoctis affundito, ut ea concreſcere poſsint, lactis more ad recentis caſei consistentiam perducti; his craſsius est milium cum lacte instar farris coctum, cui inſpergatur Galla cum malicoriis. Verum in exsiccantibus et incraſsantibus, modum conjectura aſsequi oportet: siquidem haec tuſsim movent, et quibusdam, nimia exsiccandi vi, venas ruperunt. Quod si curatio proſpere cedat, ſanguisque ſupprimatur, ad contraria paulatim transeundum, ut nequid agatur nimis; etenim haec vitia facile reverti ſolent, malique ſunt moris. Jamque homini carnem instaurare oportet, et cicatricibus collum obducere, gestationibus, aut mollibus frictionibus, ambulatione, animi oblectamentis, cibo vario usitatoque.

Digitized by Google

Haec utique fiant, si post sanguinis effusionem vulnus commissum fuerit, locusque ad sanitatem commode perductus. Sin *Ulcus* relinquatur, idque *suppuret*, altera curatione opus est, siquidem alterius materiae profusio succedit. Atqui de hac re in diuturnorum curatione agemus *(d)*

Ulceris suppurati alia cura.

CURATIO CARDIACORUM.

Cap. III.

In *Syncope* Medico magnopere providendum est; nam si imminentem pro-

(d) In *Phtisis* curatione; (Cur. diuturn. Morb. L. 1. c. 8.) Caput autem illud mancum est.

Digitized by Google

prospexeris et praesentia tecum mature opem ferant, hanc priusquam invaserit, poteris avertere. Praesentem vero laborantes vix evadunt, etenim naturae dissolutionem *syncopen* esse diximus (*e*) dissoluta vero restaurari non potest natura. Praesertim igitur instantem arcere, quod si fieri nequit, incipienti occurrere. Est autem ex his, quae de morbis Acutis disseruimus, praenoscenda: quo in loco, tum causam ejus, tum signa explicuimus. Ejus initium est *febris ardens*, quam *febrem* signa pessima consequuntur, ut siccitas, vigilia, viscerum calor, tanquam igne succensus, exteriores interim partes algent, et frigidissimae manus pedesque sunt extremi: respiratio inter attrahendum longa, quia gelidum aërem desiderant, eo quod ignem exspirent, pulsus exiguus, creberrimus, tremulus. Ex his itaque et ex aliis, quae in signorum

(*e*) De Caus. et Sign. Acut. Morb. l. 2, c. 4.

Digitized by Google

enarratione comprehenſa ſunt, facienda conjectura, ac protinus ab initio ſuccurrendum est.

De venæ ſectione. Ac nisi omnia impediant, habitus, aetas, anni tempus, hominis timiditas, ſecetur vena. Quod si hoc multa prohibeant, unum tamen aliquod ante praecipuum postulet, ut lingua, aſpera, sicca, et nigra (omnia enim interiora signa noſcuntur,) in singulis vires aestimandae, num ex morbo prius, et doloribus, et inedia, defecerint; neque enim ex defectu tantum, ſed etiam ex strangulatione morbus naſcitur. Si ex abundantia sit orta *syncope*, et inflammatio aliqua insignis in praecordiis aut jocinore appareat, nulla interponatur mora, quin vena in cubito cava incidatur. Sanguis autem, per exiguam incisionem detrahatur, ne viribus multum obsit: nam effuſa miſsio Naturam infirmat; multoque etiam minus, quam aliis de causis, mittendum: nam

si

Digitized by Google

si in *syncope* vel minimus error admittatur, hominem facile in exitium praecipitat. Protinus ergo ad reficiendas vires detur cibus; natura enim et veterum expulsione, et novorum adjectione laetatur.

At si missionem sanguinis non patiantur vires, et inflammationes subsint, huc admovenda est Cucurbitula, sed multo ante morbi *Indicationem*; nam in diebus *criticis syncope* incidere solet; quandoquidem in iisdem circuitibus et Natura morbos judicat, morbique aegros interimunt *(f)*. Quod si bibendi vini necessitas premat, id in inflammationibus potare non admodum securum est; vinum enim in his, qui inflammationes habent, dolores auget: sed in illis, qui earum expertes sunt, naturam instaurat. Hujus potio necessaria est ante primae vel secun- Cucurbitula.

(f) Hippoc. Progn.

Digitized by Google

dae Cucurbitulae applicationem, et ad membra relaxanda, et ad fluxionem ſanguinis promovendam, et quibusdam post ſecundam Cucurbitulae affixionem profuit. Sed et hic quoque ſanguis parce detrahatur, siquidem ex immoderata hujus, vel per Cucurbitulam, effusione idem imminet diſcrimen.

Clyſter

Lotionibus tantum opus est ad vetera educenda stercora: et viribus parcendum.

Perfusio &c.

Capitis eaedem Perfusiones, quas in *Phreniticis* praecepi, mediocritatem tamen paululum excedentes, adhibeantur. Purus sit aër, ad inſpirandum frigidior factus. Viſus oblectetur plantarum, picturae, aquarum aſpectu ita ut aeger nihil, niſi cum voluptate, intueatur. Praeſentes laetis utantur alloquiis, quieſcat ipſe, animoque sit hilari. Odoramenta naribus applicentur ſuavia, quaeque capitis ſenſum non gravent: admoveantur etiam earum rerum

Digitized by Google

rum odores, quae nutriunt, ut polenta aqua vel aceto tincta, vel panis calidus, recenter coctus. Os vino nec frequenter admodum colluatur, neque id prorsus denegetur.

Potum saepius his magisque assidue, quam aliis indulgeto. Esca *sit* per totum diem levis, concoctu facilis, plerumque ex frumento, et grata, licet paulo deterior (g); his enim magis, quam aliis gratificandum est, siquidem haud parum ad stomachi resolutionem morbus tendit. Ab inedia, vel fame, omnino cavendum, quoniam affectus est ad omnia haurienda aptus. Quod si circuitus jam ad *Judicationem* pervenerit, humorque roscidus fronti ac jugulis insideat, extremae partes algeant, pulsus minimus, et creberrimus, veluti repens, et obscurus, et debilis, paululum alimenti ex frumento assumere oportet, et vini de- Cibus.

(g) Hippoc. Aph. 38. Sect. 2.

Digitized by Google

degustare, quantum ad recreandum hominem suffecerit. Caput autem, cum vesica, Perfusionibus praemuniendum est, cujusmodi auxilia in *Phrenitioorum* curatione proposuimus. Porro vini neque plurimum, neque id avide bibatur; quidam enim, alieno tempore saturati, inappetentia postea, et edendi bibendique impotentia interierunt; multis etiam, quanquam cibi satis appetentibus, resoluta jam Natura, ad exitium devitandum nihil quicquam profuit alimentorum copia, cum in ventrem delaberetur quidem cibus, sed ex eo ad recreandas vires, in corpus non ascenderet. Itaque nutrimenta sint varia, ex frumento plerumque, quae sorberi potius quam mandi possint: vel si solida dentur, lubrica saltem fiant; ova exhibeantur non admodum concreta, neque integra assata, sed solidae partis expertia: panis frustula vino intincta duo vel tria, initio tepida, sed postea omnia praebeantur frigida, nisi si inflammationes intus delitescant. Vinum

Digitized by Google

num odoratum sit, haud ita multum astringens quam minime crassum, ex *graecis*, *Chium*, aut *Lesbium*, et quotquot alia sint ex *Insulis* tenuia: ex *Italicis*, *Surrentinum*, aut *Fundanum*, aut *Falernum*, aut *Signinum*, nisi id valde astringat; sed ex his vitare oportet id, quod aut pervetustum fuerit, aut nimis recens; ceterum primo tepidum propinetur, et hujus non minus cyathis quatuor, ante *Judicationem*, neque plus hemina, quamquam homo fuerit bibendi cupidus. Deinde oblato cibo, iterum, modo inflammatio subsederit, vini frigidi, quantum siti medeatur, porrigito: id autem necessario non per se, sed cum cibo, interea providendum, ne id mentem incendat, et post haec abstinendum; et si post aliquod temporis intervallum dormire cupiat, quies imperanda. At si ingens effundatur sudor, et pulsus jam micare desinat, vox acutior efficiatur, pectus calore vacet, vini, quantum bibere possit, offerendum: frigidis

enim

Digitized by Google

enim vinum unica vitae spes est; vinum itaque sit usitatum, idque aegrotus modo bibat, modo cibum cum hoc assumat, id autem ex intervallo ad tollendam lassitudinem, quae tam a cibo, quam a morbo provenit: siquidem, cum exigua vis est, hi, vel in assumendo cibo plurimum laborant. Itaque aeger ipse sit animo forti bonoque, eumque Medicus gratis orationibus in spem salutis erigat, simulque variis huic alimentis, vinoque succurrat.

Externae applicationes.

Oportet etiam aliis medelis efficacibus uti, et ad sudores coërcendos, et ad vires resuscitandas. Igitur pectori ad sinistram mammam Epithema imponatur, ex palmulis in vino laevigatis, cum aloë, et mastiche, quae cerato ex nardo excipiantur. Ac si hoc molestum fuerit, aliud hujusmodi Epithema fiat: mala, exemto semine, et quod in his durum est, pollini odorato contusa admisceto, deinde apsinthii et myr-

Digitized by Google

myrti comam, cum acacia mannaque cribro transmissis, adjicito, postea simul omnia subacta cerato excipe oenanthino. Si ne per haec quidem sudor supprimatur, uvae immaturae succum, cum oleo ex oliva maxime acerba confunde, et cum his acaciam, et gummi, rhoemque esculentum, et alumen et palmulas, et odoratum rosarum succum permisce: haec omnia nardo et oleo oenanthino excepta, pectori superdentur; etenim hoc Epithema siccat pariter et astringit. Cubet autem in aëre frigido, ac si septentrioni domus obvertatur, et gelida Boreae afflet aura, resuscitabit

aegre spirantia membra (*h*).

Cu-

(*h*) Τον δ' ἔλιπε ψυχὴ, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κεχυτ' ἀ χλύς.
Αὖτις δ' ἀμπνύνθη, περὶ δέ πνοιὴ Βορέαω
Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. Homer. Iliad. E. v. 696.

Cubile etiam prata ſpectet, et fontes, et murmurantes rivulos, ſiquidem horum grati halitus et aſpectus delectabilis animam fovent, naturamque exſuſcitant, nec non et cibi potionisque deſiderium faciunt. Ceterum ſiquis harum rerum commoditatem non habuerit, auram frigidam imitari oportet jucundis bene olentium ramorum flabellis, et tempus vernum, foliis ac floribus, quicunque ſuppetant, humum inſternendo.

Operimentum quoque leve ſit ac vetuſtum, ut aërem recipiat, et calorem pectoris exhalari permittat; ad hoc optimum eſt linteum vetus. Inſpergatur farina cervici, et jugulis, et pectori, quae odoris ſuavitate nutriat, et siccitate ſudorem cohibeat; item polline raritas corporis contegatur; nec non et facies terra *ſamia*, cribro transmiſsa, ac deinde tenui linteolo inclusa, reſpergatur, pulverem in frontem atque malas excutiendo, calx etiam ex-

Digitized by Google

exstincta, et gypsum ustum, exiguo cribro trajecta, madentibus locis imponantur. Sudores etiam aliquando comprimit spongia ex aqua frigida faciei admota, humores diffluentes cogendo, et raras corporis partes condensando. Porro sedes inungenda, ut flatus et ex frigidis humoribus, et ex alimento ortus eliciatur. Revocandus etiam extremorum calor; illitione ex oleo gleucino, aut sicyonio, cum pipere, et castoreo, et nitro, et cachry, in quibus, ut inunctio membris adhaerescat, cerae paululum liquetur: et unguento, quod ex limnestide, et euphorbio et lauri baccis conficitur. Bulbi quoque crudi; hi nempe, qui exigui et rubri sunt, cum pipere, et aceti laevigata faece, optimum pedibus Cataplasma est: singulis tamen horis continuo attollendum, ne ulcera pustulasque excitet. Ex his ita aegrotantem evasurum esse spes est.

Digitized by Google

Morbi ſanescentis ſigna.

Ac ſi Medicus omnia rite praestet, et omnia quoque proſpere cedant, cum *ſyncope*, ſi quae adsint inflammationes, diſcutiuntur: ſudor nusquam: calor ubique, etiam in extremis pedibus naſoque reviviſcit: facies probe colorata: pulſus in magnitudinem aſsurgit, non jam tremulus, ſed validus: vox aſsueta redit, et canora fit; aeger ipſe omnino vividus efficitur, laſsitudinem quandam non molestam percipit, et etiam dormiens deprehenditur; inter ſomnum vero cibos concoquit, ſenſus recipit, in eoque natura, tanquam ex novo germine, revireſcit. Cumque a ſomno expergiſcitur, bene ſpirat, expeditus est, robustus; morbum autem, ceu ſomnium quoddam, in memoriam revocat.

In Maraſmum decidentis ſigna, et curatio.

At enim in quibusdam febres obſcurae remanent, et partis alicujus inflammationes exiguae: lingua sicca: ipsi aridi ſunt, horroribusque tentantur, ſegnes et reſoluti fiunt ac postea in *Maraſmum* devol-

vun-

Digitized by Google

vuntur. Tum vero tempus non terendum est quiete victuque tenui, sed movendus aeger gestatione, et frictionibus, et in balneum deducendus, ut vitae fomes, tanquam a morte, resuscitetur atque nutriatur. Detur etiam Lac, mulieris potissimum a partu recentis, quaeque puerum alit: etenim hi victu carent ei simili, quo utuntur infantes modo in lucem editi; id si non suppetat, asinae, quae haud ita pridem peperit, exhibeto lac: hoc enim fluxile est, et in membra permeat. Post haec aeger refici, et ad consuetudinem reverti debet.

CURATIO CHOLERAE

Cap. IV.

In *Cholera* prodeuntium suppressio mala est, quia cruda sunt. Oportet Vomitus provocandus.

Digitized by Google

tet itaque, si facile ac libenter exeant, permittere, sin minus, ea incitare, aquam tepidam sorbitioni dantes, assidue quidem illam, sed parce, ne in stomacho fiant intentiones vacuae, *convulsioni* similes.

Alvi perfusio. At si intestina torqueantur, et pedes algeant, alvus oleo calido, in quo ruta et cyminum inferbuerit, perfundenda est, ad eliciendos flatus: et imponenda lana. Pedes autem, post perunctionem, leniter fricandi, contrectando potius illos, quam premendo: idemque ut revocetur calor, genibus tenus fiat; quamdiu stercora infra, ac biliosa sursum prorumpunt, eadem facienda.

Pedum unctio et frictio.

Frigidae exhibitio. At si infra vetus omnis cibus profluxerit, jamque bilis exeat, biliosus item vomitus sit, et distentio, et fastidium, et anxietas, et imbecillitas, aquae frigidae cyathos duos vel tres, ad astringendum ventrem, exhibeto, ut ea humorum refluxum sistat, utque stomachum ar-

den-

Digitized by Google

dentem refrigeret: idque, cum epotam aquam evomuerit, aſsidue continuetur; facile enim in ventre incalefcit frigida, eamque ſtomachus per vomitum reddit calore ac frigore gravatus, frigidas autem potiones continenter expedit.

Vini uſus. At ſi pulſus quoque tantum non omninò conciderit, et aſsidue et creberrime ſeſe quasi perſequatur, ſudor autem circa frontem, et jugula, et per univerſum corpus guttatim effluat, neque alvus conſtet, et ſtomachus adhuc vomat, cum intentione et animi defectu vini quoque paululum aquae frigidae inſtillato, bene olentis, aſtringentis, ut et odore hominis ſenſus revocet, eumque vi ſua corroboret, et nutriendi facultate corpus inſtauret. Vinum enim in ſuperiores partes celeriter aſcendit, ita ut humorum refluxum ſupprimat: item tenue eſt, ut facile diffuſum Naturae ad ſanitatem recuperandam opem ferat: validum etiam ad vires deficientes ſu-

Digitized by Google

stinendas. Porro ſubinde farina recens ac boni odoris inſpergatur. At si omnia vehementer urgeant, ut ſudor et distentio, non modo stomachi, ſed etiam nervorum singultus adsint inanes, pedesque contrahantur, et alvus plurima dejiciat, homo autem caliget, pulſus jam micare desinat, hujusmodi statum praevertere oportet, et si adsit, aquae vinique multum dare, haud quaquam vero meracioris, ne id hominem inebriet, nervosque offendat, ſed cum cibo, et panis frustulis huic intinctis. Aliam quoque eſcam exhibere, qualis a me in *ſyncopes* curatione tradita est: fructus oporam dictos, qui astringant, ſorba, meſpila, mala cydonia, uvam. Sed si stomachus omnia reddat, neque quicquam contineat, ad calidas potiones et eſcas revertendum: nam in quibusdam haec mutatio vomitionem ſuppreſsit; calida vero sint calidiſsima. At si nihil horum profecerit, Cucurbitulam inter ſcapulas, et infra umbilicum affige; continenter

Calidorum uſus.

Cucurbitula.

Digitized by Google

ter autem has transmuta, quia, si diutius inhaereſcant, dolorem movent, et periculum est, ne pustulas quoque excitent. Interdum in aura leni gestatio profuit, ita ut ſpiritum reſuſcitaverit, et alimentum in ventriculo continuerit, et in homine reſpirationem facilem, bonumque pulſum effecerit. Geſtatio.

Quod si haec vehementius increſcant, ventri pectorique Epithemata ſuperdentur, qualia in *ſyncope*: palmulae vino intinctae, acacia, hypocyſtis, quae cerato roſaceo excepta, linteoque illita, ventriculo imponantur; at pectori maſtichen, aloën, apſinthii comam, cum cerato nardino vel oenanthino tritam, toti pectori inducito. Pedes autem et muſculos, si indentantur, sicyonio, gleucino, aut vetere oleo, cum exigua cera perunge, et caſtoreo reſperge; ac si pedes frigeſcant, unguento etiam hos inunge, quod limneſtide et euphorbio conficitur, et lanis involve, et manibus con- Epithemata.

Digitized by Google

trectando dirige; quin etiam dorsi ſpinam, et tendines, et maxillarum muſculos, iisdem perungere, expedit.

Salutis mortisque obſervatio.

Quod si post haec ſudor alvusque ſupprimantur, cibosque stomachus admittat, neque per vomitum reddat, pulſus autem magnus sit ac validus, convulsio desinat, calor omnia occupet, et ad extremas etiam partes pertingat, cuncta vero ſomnus concoquat, aeger, ſecundo aut tertio die, lotus, ad conſuetudinem remittatur. Contra, si omnia vomitu rejiciat, ſudor non cohibendus effluat, homo frigidus fiat ac lividus, pulſus jam pene sit exstinctus, et aeger defecerit, in his rebus nihil Medico magis expedit, quam ut honestam inveniat aufugiendi cauſam.

CU-

Digitized by Google

CURATIO
ILEI.

Cap. V.

In *Ileo* dolor est, cum inflammatione intestinorum aegros interimens et distentio, et inflatio. Ex eo mors celerrima et gravissima insequitur; etenim alii sine spe salutis aegrotantes mortem imminentem tantummodo reformidant: sed *Ileo* laborantes ob cruciatus acerbitatem mortem desiderant. Itaque nec remedium morbo minus, neque id tardius, a Medico adhibendum est; sed si *Inflammationem* in causa esse repererit, venam in cubito magna incisione aperiat, quo sanguis inflammationem alens effuse prorumpat; isque vel ad animae defectionem detrahatur, quae res vel dolorem solvit, vel stuporem ac sensus privationem infert. In *Ileo* autem vel exiguum tormen-

Venae sectio in inflammatione.

Digitized by Google

ti intervallum, quanquam e ſenſus defectu obtigerit, hominem a malo recreat. Siquidem hominibus ita dolore cruciatis vel mori beatum est: mortem tamen cuivis inferre, Medico nulli nobili fas est; fas autem aliquando, cum praeſentia mala evitari non poſse manifeste praevideat, aegrum gravitate capitis torpida ſopire.

Vomitus et alvi ductio et externa remedia.

At ſi absque inflammatione, e cibi corruptione, aut ingenti frigore oriatur *Ileus*, venae ſectione abstinere: omnia tamen reliqua simul praestare. Ab aqua tepida frequenter vomere: oleum affatim bibere, deinde rurſus vomitu ejicere, flatus irritamentis ſubducere. Alvum autem irritat cyclamini ſuccus, nitrum, et ſal: flatus eliciunt Cyminum, et ruta; oportet itaque his omnibus cum reſina terebinthina mixtis ſedem illinere, et cum ſpongiis fovere; aut iisdem ventrem ſubducere cum oleo et melle, et hyſſopo, et decocto carnis ex cucurbita

sil-

Digitized by Google

sylvestri detractae. Ac si stercus excernatur, rursus oleum calidum cum ruta immittere; id enim si intus maneat, gratum intestinis fomentum est. Perfundantur etiam dolentes loci oleo, in quo ruta et anethum abunde infervuerint. Adhibeantur etiam fomenta ex lentibus figulorum, aut fabrorum aerariorum aut ex milio, ac tosto sale. Cataplasmata, praeter asueta, fiant ex Lolii farina, et Cymino, et hyssopi, et origani coma. Cucurbitulae accommodentur, sine ferro quidem, at frequentes, aliae juxta alias admotae, abdomini, et ilibus, usque ad inguina, et a tergo, coxis, renibus, et spinae dorsi: nam ex omni parte dolorem revellere juvet. Prius vero bibatur cymini, aut rutae decoctum, aut sinonis, vel una cum his aliqua ex medicamentis, quae *Anodyna* dicuntur: quorum alia aliis innumera sunt experimentis probata, et inter haec bonum est id, quod ex *Viperis*, conficitur, majore mensura, quam ex consuetu-

Cucurbitul

Anodyna

Digitized by Google

tudine potui datum. At si neque dolor mitigetur, neque flatus, aut stercus reddatur, medicamentum purgans Hiera necesario dandum est: quod aut per os cum bile ac pituita rejicietur, aut per intestina transibit, flatus, stercora, pituitam, ac bilem, quae malum intendunt, secum educens (*i*)

Victus

Cibus offeratur alvum solvens, ut gallinarum, et concharum jusculà: ptisanae cremor cum oleo multo coctus, quod in elixationis initio affundatur, et haec insuper habeat, cyminum, nitrum, porrum cum coma; vel medela adhibeatur, cum aliquo jure alvum liquante, cochleae quam plurimum elixae cum ipsarum aut tellinae succo. Aqua sit pro potu

(*i*) Haec omnia de Hiera iisdem verbis expressa, *Archigenes* habet apud *Aëtium* (Tetrabib. 3. Serm. 1. c. 28.) Multa quoque ex *Aretaeo*, nulla ejus facta mentione, satis evidenter desumsit. *Aëtius.*

Digitized by Google

tu, si febriat, cum asaro, vel nardo, vel cachry excocta, siquidem haec flatus eliciunt, et urinam movent, et respirationem facilem reddunt. At si non febricitet, vinum etiam, et ad calefacienda viscera, et ad recreandas vires proficit, bibatur etiam foeniculi radicis decoctum, et adiantum et cinamomum.

At si inflammatio in pus convertitur, huic succurrere praestat medicamentis *Abscessui* convenientibus utentem, haec autem in diuturnorum Libris conscripta sunt, ubi *Colici* (*k*) affectus curationem exposuimus. Suppuratio.

CU-

(*k*) Caput illud deest.

Digitized by Google

CURATIO
IECORIS
ACUTORUM AFFECTUUM
Cap. VI.

Dejecore

In *Iocinore ſanguinis creatio*, et ex hoc viſcere in univerſum corpus ejus emanatio est: ac totum *Jecur quaedam ſanguinis concretio* est. Acutiſsimae igitur hic excitantur inflammationes; etenim huic loco alimentum inest. Quod si alibi uſpiam exstiterit inflammatio, non admodum acuta est: siquidem illuc aliunde ſanguis influit; at in jocinoris affectu, minime opus est, ut ab alio quovis loco adveniat. Nam siqua obstructio exitus occludat, Jecur, effluxu destitutum, incenditur: cum alimento adhuc in jecur pateat introitus; neque enim alia via est,

per

Digitized by Google

per quam cibus in omne corpus, a ventriculo et intestinis, diducatur.

Quamobrem evacuare oportet abundanter, venas cubiti secando, et multum sanguinis, sed non confertim, detrahendo. Inedia primo imperanda, ac postea, cibi paucitas; ne jecur humores ingrediantur, utque id ita inane maneat. Oportet etiam medicamentis exterius impositis, quae in jecore acervata sunt, discutere. Itaque Perfusio fit cum aloë, vel nitro; admoveantur lanae succidae. Refrigeratione quoque opus est, quia jecur sanguine incenditur: sanguis enim calidus est. Ejusmodi Cataplasmata esse debent, ex lolii, aut irionis, aut hordei, linique seminis farina; et liquida sint, vinum acidum, malorum, capreolorum, vitis, et oenanthes maturae succus, vel hujus oleum. Cum spongiis item fomentum fiat, ex de-

Venae sectio et externa Medicina.

co-

cocto baccarum lauri, lentiſci, pulegii, iridis.

Cucurbitula et Hirudines et Malagmata.

Et cum his jecur lenieris, Cucurbitulam majorem admoveto, ut praecordiorum latus illud ex omni parte comprehendat: cutisque altius concidatur, ut multum ſanguinis educas. Nonnullis Hirudines magis, quam ſcarificatio proſunt: siquidem bestiolae morſus interius deſcendit, et majores erosiones facit; unde ſanguinis profluvium, ab his concitatum aegrius ſupprimitur. Postquam autem animal ſaturatum exciderit, Cucurbitulam affige, quae ex intimis partibus ſanguinem jam attrahet. Et si jam abunde evacuatum est, vulneribus adhibenda medicamenta ſanguinem sistentia, ſed quae morſu vacent, ut aranearum telae, manna, aloëque inſperſae: vel panis, cum ruta, aut meliloto, aut althaeae radicibus elixus, ſuperimponatur; tertio autem die ceratum convenit, cum myrobalano,

et

Digitized by Google

et apsinthii coma, et *Iride (l)*. Quin etiam Malagmata ejusmodi esse debent, quae extenuare, et rarefacere, et urinam movere valeant, inter quae optimum est id, quod ex seminibus constat, (Διασπερμάτων dictum) quorum virtus omnibus Medicis usu nota est; bonum quoque id est, in qua sampsuchus et medilatum ponitur.

Cibus tenuis esto, fluxilis, quique urinam eliciat, et corpus facile permeet: velut alica cum mulso, et sorbitio ex his, cum anetho, et sale, Ptisanae cremor, qui detergendi quoque facultatem habeat, cui si dauci seminis aliquid immittatur; uri- Victus et cetera ad urinam movendam.

(l) Hanc curandi rationem, cucurbitulas nempe, scarificationem, Hirudines, et Emplastra his similia, *splenicis* adhiberi praecipit *Archigenes* (Aët. Tetrabib. 3. Serm. 2. c. 11.) quos eodem modo, ac Hepaticos curari jubet *Aretaeus*.

Digitized by Google

urinam melius ciebit: hanc enim per canales ſubducet, qui a jocinore ad renes pertingunt: hac vero a jecore fluentibus optima via est, eo quod et vaſa ampla sint, et iter rectum. Oportet etiam humores huc attrahere, cucurbitulam Renum locis, ſecundum os coxendicis, applicantes. Eaedem partes oleo cum ruta, vel odorato junco, vel calamo aromatico perfundendae. Per haec aegrotum mortem evaſurum eſse ſpes est.

Suppurationis obſervatio. Sin ad *ſuppurationem*: affectus tendat, medicamentis pus moventibus utitor, quae in colicorum *(m)* cu-

(m) Caput illud deest. Sed *Archigenis* fragmenta de Curatione *Abſceſſuum*, *Ulcerum* et *Tumorum* in *Jecore*, ſuperſunt apud Aëtium, (Tetrabib. 3. Serm. 2. c. 4. 5. et 6.) Id etiam adverti potest, quod *Archigenes* eadem Malagmata ad emolliendum *Jecoris Scirrhum* praecipit, quae ſe in *Colicis* uſurpaſſe tradit. Quaedam vero *Archigenis* Cataplasmata ad *Colicos* inveniuntur apud Aëtium. (Tetrabib. 31. ſerm. 1. c. 34.

Digitized by Google

curatione praecepi. Quod si pus etiam oriatur, quibus modis incidere, quibus etiam mederi oporteat, alio in loco scriptis exponetur *(n)*. Eadem pro *Liene* scripta sunto, si quando hunc acutae inflammationis calamitas invaserit. Eadem pro inflammato Liene

CURATIO VENAE ET ARTERIAE DORSALIS ACUTI AFFECTUS

Cap. VII.

Venae *cavae* et *Arteriae crassae*, quae secundum dorsi spinam exten- De Venae et Arteriae inflammatione.

(n) Scilicet vel in scriptis *Chirurgicis*, quae se confeciſſe testatur *Aretaeus*; vel in curatione jecoris, (Cur. diuturn. Morb. L. I. c. 13.) ubi pars ca-

Digitized by Google

duntur, *inflammatio*, a Veteribus *causi* species vocata est. Siquidem in hac, affectus similes iis, qui in *causo* oriuntur: fervor acer et acutus, fastidium, sitis, molestia, pulsus in praecordiis dorsoque palpitans, et quaecunque in signorum enarratione conscripsimus. Porro febris, sicut in *causis*, ad *Syncopen* tendit; etenim *Venae radix est Jecur. Arteriae* vero principium cor (o). Haud abs re igitur existimes superiores horum viscerum partes praecipue laborare: Cor enim *Arteriae* calorem impertit. *Venae* autem jecur sanguinem, et cum utraque magna sit, magnae item sunt, quae innascuntur inflammationes.

Ita-

capitis interiit; quaedam vero de *incisione*, et *ustione*, dicuntur in cap. 13. Sign. diuturn. Morb. L. 1. Porro *Archigenis*, in *Abscessu*, et *Exulceratione Jecoris*, incidendi, urendi, *medendique* ratio legi potest apud Aëtium. (Tetrabib. 3. serm. 2. c. 4. 5. et 6.

(o) Hippoc. L. de Aliment.

Digitized by Google

Itaque venae cubiti protinus incidantur; multusque, non confertim tamen, detrahatur sanguis, sed bis, ac ter, idque alio die, ut vires interim confirmentur. Postea cataplasmatis utendum; et cucurbitula praecordiis, qua *Arteria* protenditur, et inter scapulas, admovenda, nam et hic quoque pulsationes percipiuntur: cutis autem plurimum concidatur, multusque detrahatur sanguis, siquidem ex harum partium evacuatione vix in animae defectum homines labuntur. Alvus autem his multo magis, quam ex consuetudine, adstricta est; quamobrem Lotionibus emollientibus utendum, ut lubrica fiant intestina: acribus autem minime, quoniam ex salis nitrique liquatione febris intenditur, igitur ex lini seminis, et foeni graeci succo, et radicum malvae decocto, quod satis et provocat, et incidit, conficiantur. Extremae partes, manus scilicet pedesque, oleo gleucino, aut sicyonio, aut unguento ex Limnestide, calefiant:

Venae sectio.

Cucurbitula.

Alvi ductio.

Illitio.

Digitized by Google

siquidem haec in istis admodum frigescunt. Ante cibi assumtionem, propinentur quaecunque urinam movent, ut meum, asarum, apsinthium, quibus nitri aliquid inspergatur: sed ad hoc omnium valentissima est cassia, et cinnamomum, si quis ejus copiam habeat.

Urinae citatio.

Victus. Lac his et pro cibo, et pro medicamento est; etenim refrigeratione indigent, cum in eorum visceribus velut ignis quidam convolvatur: et alimento etiam dulci, quodque in parva mole multum nutriat; has autem in alendo virtutes habet lac; esto autem mulieris a partu recentis, et duobus lactis cyathis admisceatur aquae unus: optimum etiam est lac bubulum, et, tertio loco caprinum. Cibi dentur concoctu faciles, qui ex succis plerumque constent, quibus injiciatur foeniculi radix et apii semen, cum melle; eadem et aqua, quae potatur, habeat.

Ce-

Digitized by Google

Ceterum et sudores movere oportet, et perspirationis vias ubique humidas fluxasque efficere. Caput perfusione simili, atque in *causo* irrigetur. Epithema pectori ac sinistrae mammae, quale in *Syncope*, imponatur. Cubile, rectus decubitus, et omnia denique, sicut in *causis* fiant. Gestatio exigua ad eliciendos sudores: nec non et balneum, si illum ista incenderit; neque enim *judicationibus* haec vitia solvuntur, quanquam *Causi* species existant. Curatio eadem quae in causo.

CURATIO RENUM

ACUTI AFFECTUS.

Cap. VIII.

Inflammatio in Renibus peracuta est; simul etenim inflammantur venae ad Renes a Iocinore pertinen- De calculo et inflammatione.

Digitized by Google

tes, et cum his ipsum jecur: siquidem eae non ita longae sint, sed admodum latae, adeo ut Renes prope jecur, suspendi videantur. Quia et urinae suppresio inflammationi supervenit, quae hujus vehementiam intendit; nam Renum cavitas urinae non profluentis exundatione impletur. Idem ex *Calculo* evenit, qui si Renibus insit Ureterum latitudine amplior, transire nequit, sed inhaeresci et urinam intercludit. Ceterum de *Calculorum* creatione in diuturnis sermonem faciemus, et quibus modis vel coalescere prohibeantur, vel atterantur, si concrescant. De *inflammatione* vero, et *obstructione*, quae celeriter mortem inferunt, in praesentia conscribemus.

Venae sectio. Si *Calculorum* inhaesio, vel inflammatio subsit, vena cubiti secetur, nisi siqua aetas impediat, sanguis autem expedite et copiose profluat: neque enim inflammationes tantum evacuatione mitigantur, sed

et

Digitized by Google

et *calculorum* constipatio vasorum inanitione relaxatur, hique inter mingendum delabuntur. Postea Perfusionibus olei gleucini, vel cyprini, et fomentis, et cataplasmatis, partes remittantur; Cataplasmatis autem insit artemisiae herba, et odoratus juncus, et calamus aromaticus. Deinde Cucurbitulam Renibus, juxta coxam, admove, namque ex hoc loco evacuatio maxime prodest. Alvus etiam lotionibus lubricis, et viscidis potius, quam acribus, subducatur, ut malvae, aut foeni graeci succis. Interdum, ante cibi assumtionem, medicamenta urinam moventia propinentur, qualia in jocinoris Curatione proposita sunt. Cibi quoque similes sint, concoctu faciles, quia cruditas hos offendit; lac praecipue convenit, praesertim Asinae, deinde equae, et ovillum quoque, et caprinum confert, quippe cum sit lac. Quod si non febriant, praestat eos in balneum deducere; at si inhaereat febris, in herbarum decocto hominem seden-

Externe applicanda.

Cucurbitula

Clyster

Urinam movent.

Victus

Balneum

Digitized by Google

tem collocare, vase usque ad umbilicum repleto. At si affectus in pus vertitur, quibus Cataplasmatis ac medicamentis utendum sit, multis in locis antea satis superque traditum est.

Calculi inhaerentis curatio.

Verum si *Calculus* inhaeserit, eadem fomenta et Cataplasmata adhibere convenit; *Calculi* vero epotis medicamentis conterendi: ex simplicibus, sii et prionitis herbis, cum oleo, aut aceto esculento, decoctis, quarum succus quoque potui detur; ex compositis, prodest *Antidotum*, quod *Bestini* appellatur, idque quod ex *Viperis*, idque quod ex bestia *Sepcho* dicta conficitur, et quotcunque usus maxime valentia esse comprobaverit. Gestationes his, et corporis concussiones fiant, ad movendos propellendosque *calculos*; siquidem eorum transitus in Vesicam ingentes dolores concitat. Quod si inde *calculi* exciderint, homines doloris expertes sunt, ne per somnia quidem antea eo vacare soliti: por-

ro

Digitized by Google

ro tanquam malis desperatis liberarentur, per membra solutus evadit animus.

CURATIO VESICAE ACUTORUM AFFECTUUM.

Cap. IX.

De Vesica

Vesicae quoque, similes Renum malis, affectus incidunt: *Inflammationes*, et *Ulcera*, et e *Grumis* obstructiones, unde urinae suppressio, et difficultas nascitur. Sed hic acutior subest dolor, et mors ingruit celerrima; Vesica enim latus quidam nervus est. Renes autem quasi sanguinis concretio sunt, et jecur specie referunt; Verum in vesica omnia gravissima et maxime miserabilia existunt.

Sum-

Digitized by Google

Summos qua parte dolores
Crudelis *Mavors* miseris mortalibus infert. *(p)*.

Venae sectio, Protinus itaque vena cubiti incidatur; oleoque multo, cum ruta et anetho perfundatur Vesica. At si *Grumi* dolorem et urinae suppresionem fecerint, ad disolvendos *Grumos* oxymel potui detur, aut calcis paululum cum mulsa, quaeque urinam movent, et herbae, et semina. Sin a *sanguinis effusione* periculum instet, huic praecipue sine mora subveniendum: neque enim ex eo leve discrimen imminet; succurratur itaque medicamentis sanguinem supprimentibus. Externe exhibita Prodest etiam Vesicae refrigeratio: Perfusio ex oleo rosaceo et vino: ejusdem involutio lanis succidis; pro Epithemate sint palmulae vino intinctae, cum malo punico aut rhois succo. Verum

(p) βάλε δ' ἐρὶ
Αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλῷ ἔνθα μάλιστα
Γίγνετ' Ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι.
Homer. Iliad. M. v. 569.

Digitized by Google

rum si Epithematum onus, et ingentem refrigerationem aversetur, his abstinendum; neque enim Vesicam vehementer refrigerare oportet, quippe quae natura frigida sit, ac tenuis. Inungatur autem oleo gleucino, vel acacia, vel hypocystide, cum vino. Spongiis, nisi magnopere urgeat profluvium, haud utendum. Victus Cibus ex frumento sit, concoctu facilis, boni succi, urinam movens, qualem in Renum curatione praecepi; lac: vinum dulce, *Theraeum*, aut *Scybalite*. Medicamenta quoque epota urinam moveant, boni sint odoris, facile fluant: et cetenae res his similia praestent. Optima Vesicae esca est, cicadae, tempore suo, afsae, extra tempus autem, aridae cum aqua tritae: radicis autem nardi paululum cum cicadis coquatur. In iisdem, balnei loco, ad relaxandam vesicam, aeger desideat.

Quod

Digitized by Google

Catheter in Calculo. Quod si obstructio e *Calculis* urinam supprimat, instrumento, *Cathedere* dicto, *Calculus* depellendus et urina prolicienda est, nisi *Inflammatio* subsit, siquidem in *inflammationibus*, neque meatus instrumentum admittit, et praeterea Catheteре fauciantur. At si medela expedire nequit, et homo doloribus consumitur, locum sub testiculis, qui Πλαγκὼς vocatur, et vesicae cervicem incidito, ut *calculi* excidant, et urina effundatur. Dehinc, si fieri potest, medendum est, vulnus ad cicatricem perducendo; sin minus, puris effluvium pro tota hominis vita fieri satius est, quam ut tormentis miserrime interimatur.

Incisio.

CU-

Digitized by Google

CURATIO SUFFOCATIONIS HYSTERICAE.

Cap. X.

Uterus in mulieribus extentis hinc atque illinc secundum ilia membranis continetur; et, perinde atque animal affectus ex olfactu percipit: etenim bene olentia expetit, ut iis se oblectet, foeda vero et injucunda aversatur atque refugit. Siquid igitur hunc in superiori parte corporis offendat, Uterus per naturalia foras prodit: si quid ejusmodi ori vulvae apponatur, sursum recedit; nonnunquam etiam hac aut illac, Lienem versus, aut jecur, movetur; et membranae extentioni et contractioni cedunt, velorum instar navis. De Utero

Ea-

Uteri inflammatio. Eadem quoque ex *Inflammatione* patitur; etenim prae affectu ac tumore cervicis extra propendet; nam in Uteri fundo exorta inflammatio ſurſum procedit: ſin ad pedes tendat, extra prodit. Moleſta utique, et horrenda, et foeda res; ad haec, mulier aegre potest, vel in latus, aut ſupina, decumbere, etiamsi pedes inflammatione non tententur. At si Uterus ſurſum recurrerit, foeminam quam citiſsime strangulat, et ſpiritum quasi laqueo elidit; neque enim antea dolorem ſentit, ita ut exclamare poſsit, et ab astantibus opem depoſcere, cum plurimis citius intercludatur ſpiritus, et aliis vox. Itaque par est, ut qui interſunt, Medicum prius accerſant, quam mulier prorſus interierit. Porro si ex caſu aliquo interveneris, et *inflammationem* ſubeſse cognoris, venam ſecato, et praecipue hanc, quae in talo est; unde si ſanguis haud probe fluxerit, eam, quae in cubito est, incidito: et a vena tali detractionem repete. Item alia o-

Venae ſectio.

mnia

mnia exequere, quaecunque *strangulatui* sine *Inflammatione* subveniunt: qualia sunt manuum pedumque ligaturae, quae usque ad torporem inducendum constringantur; foede olentium olfactus, uti liquidae picis: villorum lanae combustorum: lucernae, cujus flamma sit exstincta: castorei, quod, praeterquam quod odore gravi moveat, nervos etiam refrigeratos calefacit; vetus etiam urina sensus intermortuos potenter excuscitat, et Uterum ad inferiores partes abigit. Porro Uteri regioni medicamenta odorata imponantur: ut unguentum quodvis lene, quodque minime sensum vellicet, nardus, aut bacchar *Aegyptium*, vel id quod ex malabathri, arboris *Indicae*, foliis conficitur, vel cinnamomum cum oleo aliquo boni odoris contusum: his autem muliebres inungantur loci, liquor item ex his confectus vulvae immittatur. Sedes quoque medicamentis illinatur, quae flatus eliciant; et alvus lotionibus minime acribus, sed mollibus, quae-

Grave olentium odor.

Bene olentium applicatio.

Alvi ductio.

Digitized by Google

que intestina lubrica faciant, subducatur: idque tantum ut educantur stercora, quo vacua fiat Uteri sedes; constent itaque ex althaeae, vel foeni graeci succo, vel ex meliloto aut sampsucho cum oleo decoctis. Quod si vi ac depulsione Uterus indigeat, validae mulieris, aut viri lenioris manibus praecordia foeminae comprimantur, aut fasciis astrictis succingantur, quo locus in angustum redigi, neque sursum Uterus possit recurrere. Naribus apprehensis, sternutamenta excitentur: quibusdam enim, ex contentione inter sternuendum, Uterus in sedem suam reductus est; in nares itaque struthii radix inspiretur, aut piper, aut castoreum. Item Cucurbitulae sine ferro, femoribus, ilibus, coxis, inguinibus, attrahendae vulvae gratia, accommodentur: et etiam spinae dorsi, et inter scapulas, ut *Strangulatui* succurratur. Quod si ex *Inflammatione* oborta fuerit *Suffocatio*, vena ad pubem pertingens incidenda est: multumque sanguinis mit-

Uteri depulsio

Sternutatoria

Cucurbitulae.

Venae in pube sectio.

Digitized by Google

mittendum. Facies fricetur, capilli vellicentur, comprimantur membra, ut mulier ad se redeat. Ac si paululum recretur, in aromatum decocto desideat, et odoratis rebus suffumigetur. Bibat etiam ante cibos aliquid castorei, et cum castoreo *Hierae* parum. Postquam refecta fuerit, lavetur, et tempestive ad consuetudinem redeat; et insuper danda opera est, ut mulieri *Menstruae purgationes* quam facillime profundantur.

Aromatum usus

Castoreum et Hiera.

Digitized by Google

CURATIO

SATYRIASIS.

Cap. XI.

Nervorum in pudendis inflammatio penem arrigit, cum desiderio Veneris, et dolore inter coëundum; oriuntur autem intentiones convulsionibus similes, quae nullam mitigationem recipiunt: neque vero coitu malum ullo modo lenitur. Mentis etiam furor sequitur, primo ut sine pudore re Venerea utantur: audaces enim illos insatiabilis libido coitus facit, postquam vero morbus conquieverit, mente rursus optime constant.

Venae sectio. His omnibus de causis, venae in cubito taloque incidantur, et co-

pi-

Digitized by Google

pioſe ac frequenter detrahatur ſanguis; neque enim animae defectionem inducere jam intempestivum est, simul ut mens torpida fiat, utque inflammatio mitigetur, utque pudendorum calor leniatur; multus quippe ſanguis calorem et audaciam vehementer incendit, inflammationem alit, mentis perturbationi et confusioni quasi faces ſubdit. Universum porro corpus medicamento *Hiera* perpurgetur; neque enim purgatione tantum egent, ſed etiam leni medicatione: quod utrumque praestare *Hiera* potest. Lanis item ab ove ſordidis obvolvantur pudenda, et ilia, et locus inter inguen ac femur, qui Πλησχὰς dicitur, et testiculi, lanas autem oleo roſaceo vinoque intingere oportet: hasque partes multa Perfusione madefacere, tam ut lanis nullus oriatur fervor, quam ut ipse innatus calor a frigida ſuccorum facultate temperetur. Ejusmodi quoque Cataplasmata ſuperdanda: quae ex pane fiant, cum plantaginis herbae ſucco, et ſolano,

Purgatio

Externe adhibita

Digitized by Google

et feride, et papaveris foliis, et aliis, quaecunque torporem ac frigus inducunt. Item similibus pudenda, et locus inter inguen ac femur, qui Πλαγχὰς dicitur, coxaeque inungantur: ut cicuta cum aqua, aut vino, aut aceto, mandragora; acacia, et ſpongiis vice lanarum utitor. Interim alvum ſubducito malvae decocto et oleo, et melle, omnia vero acria vitentur *(p)*. Cucurbitulae coxis aut abdomini affigantur. Hirudines autem optime faciunt ad ſanguinem ex intimis locis educendum; et Cataplaſma vulneribus imponendum, ex micis panis cum althaea. Postea homo, in aqua desideat, ubi artemisia, ſalvia et co-

Clyſter.

Cucurbitulae et Hirudines.

ny-

(p) Multa ex hoc capite in libros ſuos tranſtulit, celato *Aretaei* nomine *Aëtius*; (Tetrabib. 3. ſerm. 3. c. 32.) Nam quae ex *Galeno*, (de Loc. Affect. L. 6. c. 6.) illic adducit, ad *Priapismi* descriptionem tantum pertinent.

Digitized by Google

nyza fuerint decoctae. At si longiori tempore vitium extrahatur, neque pro ratione minuatur affectus, timor autem convulsionis subsit, (siquidem his nervorum distentio frequenter oboritur) curandi ratio immutanda est, et ad calefacientia transeundum. Oleo itaque gleucino, aut sicyonio, vice rosacei, opus est; et lanis mundis, et Cataplasmatis calefacientibus: etenim nervorum inflammationes hujusmodi medela aliquando mitigat; castoreum quoque cum mulsa propinetur. Cibus detur parum alens, frigidus, ex frumento rarius: ex oleribus plerumque constans, malva, blita, lactuca, cucurbita, et cucumere elixis, pepone maturo. Vino, et carni, quoad homo plurimum fuerit a morbo refectus, parcendum; vinum enim nervos calefacit, animum remollit, voluptatem revocat, semen creat, et ad Venerem exstimulat.

Sessio in aqua.

Calidorum usus

Victus.

Digitized by Google

Haec a me remedia sint ad auctos Morbos conscripta. Medicus etiam ipse debet aliqua conquirere, neque in alienos commentarios animum penitus intendere. Hactenus de Acutis, ita, ut ordine, scriptis vel per se singulis, vel simul omnibus uti queas.

ARE-

Digitized by Google

ARETAEI
CAPPADOCIS
DE
CURATIONE DIUTURNORUM
MORBORUM

LIBER PRIMUS.

PRO-

Digitized by Google

PROOEMIUM. CAP. I.
CURATIO CEPHALAEAE. II.
CURATIO SCOTOMATICORUM. III.
CURATIO EPILEPSIAE. IV.
CURATIO MELANCHOLIAE. V.
CURATIO INSANIAE * * * * * VI.
CURATIO PARALYSIS. * * * * VII.
CURATIO PHTHISIS. * * VIII.
CURATIO EMPYCORUM. * * * * * IX.
CURATIO ABSCESSUUM IN PULMONE. * X.
CURATIO ASTHMATIS. * * * * * XI.
CURATIO PNEUMODE AFFECTORUM. * XII.
CURATIO JOCINORIS. * * XIII.
CURATIO LIENIS. * * XIV.
CURATIO ICTERI. * * * * XV.
CURATIO CACHEXIAE. * * * * XVI.

PRO-

Digitized by Google

PROOEMIUM.

Cap. I.

In diuturnis Morbis periculosa est Medicinae dilatio: nam ob cunctationem in affectus prolabuntur insanabiles. In his ea inflatio est, ut non facile decedant, ubi semel invaserint; ac si diutius trahantur, temporis spatio vires acquirunt, et interdum usque ad mortis diem inhaerescunt. Porro ex levibus morbis majores enascuntur; et quamquam prior periculo vacet, tamen hujus proles perniciosa evadit. Ideo neque silere debet aeger, vel quod affectum deprehendi erubescat, vel quod curationem metu defugiat: neque Medico cunctandum est; quoniam ad morbum insanabilem praestandum utraque res consentit. Etenim laborantium nonnulli, praesen-

Digitized by Google

sentium pariter ac futurorum ignari, ad finem usque vitae una cum morbo degunt: siquidem ut plurimum neque pereunt, neque mortem reformidant; quapropter neque Medico se committunt. Huic rei testimonio est *Cephalaea*, de qua proxime sermonem instituam.

CURATIO CEPHALAEAE.

Cap. II.

Caput, quanto maxime ad vitam necessaria pars est, tanto gravius in valetudine laborat. Atqui morborum capitis accessio tolerabilis est, cum exiguo dolore, et gravitate, et aurium tinnitu; quae si intendantur, perniciosos habent exitus.

Quare

Digitized by Google

Quare parvi dolores minime contemnendi; nam in quibusdam exiguis depulsi sunt remediis. At si jam in vetustatem inciderint, quia majores cruciatus superveniunt, vena cubiti secetur; sed duobus antea diebus bibatur vinum. Tantum vero sanguinis detrahito, quantum vires tibi, has aestimanti, pasurae videantur. Verum optimum est, ut non semel simulque mittatur, tam uti vires copiosam detractionem sustineant, quam ut iisdem assidue repetitis auxiliis submoveatur morbus. Idem in omnibus diuturnis Morbis praestare convenit. Postea, per tres aut quatuor interjectos dies liberalius nutritis propinetur *Hiera* purgans cum mulsa: siquidem haec a capite morbi alimentum maxime abducit; medicamenti mensura sit, ad drachmas quatuor, vel quinque.

Venae sectio.

Purgatio.

Quod si bene purgatus fuerit, lavetur homo, et vinum bibat, et vires instauret. Postea, rursus vena frontis recta incidatur; siquidem haec

Venae in fronte sectio.

Digitized by Google

haec detractio praecipue conducit, quantitas autem heminam aequet, vel parum exſuperet. Atqui vires hominis non ulterius convellendae ſunt; neque enim vaſa exinanire convenit. Postea crinibus novacula derasis, cucurbitulam unam vertici admoveto, et alteram deinde, sine ferro, inter Scapulas affigito; ſed cutim in vertice liberaliter ſcarifica, ut ſanguis et uberius attrahatur, et partes profundiores incidantur: nam Cephalaeae medentur, quae ad oſsa descendunt, remedia. Cumque vulneribus cicatrix fuerit inducta, ſecentur arteriae, quae pone aures geminae ſunt, paululum ab his ulterius sitae, quaeque pulsibus ſe produnt; in priori parte auris aliae ſunt juxta eas, siquidem prope oſsa incidantur, quoniam harum ſectio juvat; nam utrisque adjacent aliae admodum tenues, quas incidere prorſus est inutile. Modum vero incidendi in libro de Operationibus *Chirurgicis* expoſuimus. Hoc auxilium *Cephalaeae*, et *Epilepsiae*,

Cucurbitula.

Arteriotomia.

et

Digitized by Google

et *Vertigini*, utque summatim loquar, omnibus Capitis morbis commune est.

In omnibus etiam, alvo prius, vel per medicamentum aliquod purgans devoratum, vel per lotionem, evacuata, pituita educenda est, modo ex naribus, per haec, quae sternutamenta excitant: modo ex ore, per medicamenta huic rei apta. Species horum, quae sternutamenta movent, sunt piper, struthii radix, castoreum, quae commisceri quoque possunt; Haec in tenuem pulverem redacta, et cribo transmissa, calamo, vel crasso anserinae pennae caule, inspirentur. His pituitam copiosius ac valentius educit euphorbium, cum horum aliquo permixtum; quin etiam cum oleis misceri potest, gleucino, aut sicyonio, aut cum unguento ex styrace: ac valde liquidum efficitur, ita, ut fusile sit; infunditur autem per nasi fistulam, quarum duae sunt, ambae ab uno canale derivatae, ita ut utrique simul

Pituitae a capite eductio.

Digitized by Google

mul una vice immitti posfit; neque enim tolerari potest alterutriusque naris sigillatim dilatatio: caput enim protinus incenditur, et acerbus dolor invadit. Ista vero, quae per os pituitam eliciunt, sunt sinapi, coccus *Cnidius*, piper, herba pedicularis; haec, sibi invicem commixta, et per se, adhibentur. Quoniam autem ista mandere, et continenter exspuere licet, cum aqua, vel mulsa, vel posca mixta, dentur ad eluendum os; ad tonsillas etiam reflexione colli depellatur humor, eaeque emissione spiritus colluantur. Et postquam pituitae quantum libet eduxeris, caput aqua plurima calida lavato profunditoque, ut in eo perspiratio fiat, siquidem validae sunt obstructiones.

Clyster et sanguinis missio naribus.

Coena tenuis esto, in qua tamen, ad restituendum stomachum, vini aliquid assumatur, quoniam iste plurimum laborat. Deinde, viribus interim aegri confirmatis, lotione consueta utere, cui multum nitri in-

Digitized by Google

inſpergatur, vel in aqua reſinae terebinthinae drachmae eliquentur duae. Postero autem die, ſanguinem ex interioribus nasi partibus detrahito; quod fiat, immiſso longo instrumento, quod *Cateiadion*, vel eo, quae *Storyne* vocatur: vel ſiquis haec non in promptu habeat, oportet anſerinae pennae, abſciſsa craſsa caule, nervoſam partem denticulatim, instar ſerrae, incidere, idque intra nares immittere usque ad oſsa *Ethmoidea*, ac deinde utraque manu agitare, ut dentibus ſcarificetur locus; inde ſanguis facile et copiose effluet: tenues enim illic venulae desinunt, et caro mollis est atque incisioni opportuna. Alii multi ſunt apud vulgum ſcarificationis modi: uti herbis aſperis, et aridis lauri foliis, quae naribus immittunt, digitisque fortiter dimovent. Ubi vero, quantum ſatis fuerit, evacuaris, (quod erit heminae dimidium,) nares ſpongiis ex posca detergendae ſunt, vel iis aliquid ex aridis medicamentis, quae ſanguinem ſuppri-

Digitized by Google

munt, inſpirandum, ut galla, vel alumen ſciſsile, vel balaustium.

Capitis ustio et terebratio.

Quod si post haec *Cephalaea* vel perſeveret, vel desinat, ad curationis finem procedendum est; quia malum facile reverti ſolet, et confirmatum plerumque deliteſcit. Oportet itaque, crinibus novacula derasis, (siquidem et hoc capiti prodest,) ferramentis hoc candentibus inurere; si id in ſuperficie tentes, partes, ubi muſculi ſunt, sin ad os pervenire cupias, procul a muſculis, quia muſculorum ustio nervorum distentiones excitat. Ac si ſuperficiem inuſseris, vinum odoratum, album, cum oleo roſaceo, infundere ſufficiet; linteum vero madefactum ſuper crustas extendere oportet uſque ad tertium diem. At si crustae altius deſcendant, porri comam cum ſale tritam, linteoque illitam, imponito. Tertio die, crustis ſummam cutem occupantibus, ceratum ex oleo roſaceo, profundioribus autem, lentem ex melle ſuper-

Digitized by Google

perdato. Ceterum de medicamentis cicatrici inducendae aptis alio loco conſcribemus. Nonnulli ſupra frontem, ſecundum *Suturam coronalem*, cutem usque ad os inciderunt, eoque etiam ad *Diploen* ſcalpto, vel inciſo, vulneri carnem rurſus induxere; alii os perforarunt usque ad cerebri membranam; haec profecto audacia ſunt auxilia, iis tamen utendum, si, aliis omnibus tentatis, *Cephalaea* adhuc inhaereat, et aeger bono sit animo, et corporis firmum habeat robur.

Exercitationes.

Ad exercitationes, recto corpore, ſensim progrediendum est, quibus pectus atque humeri moveantur: adhibeatur manuum gesticulatio: halterum jactus: ſaltus: atque inter haec, perite corpus intorqueatur: frictio, primo et postremo, crurum, medio tempore capitis.

Phoenigmi.

Capiti pix continenter illinatur; idque rubefiat, modo sinapi cum duplo pane inungendo, ne calor

Digitized by Google

intolerabilis excitetur: modo medicamenta illinendo, uti id, quod ex limnestide, et euphorbio, et pyrethro constat; proficit etiam et ad dolorem pro tempore mitigandum, et ad mali radicem exstirpandam, thapsiae lachryma, et cum hac medicamenta, quotquot cutem tumefaciunt, et tubercula *Varis* similia excitant.

Victus ratio

Victus ratio, in omni doloris genere tenuis esto: potus exiguus, et aquae potio, praefertim ante auxilii cujusvis usum. Ex toto acribus abstineant, ut cepis, et alliis, et laserpitio: a sinapi vero non prorsus, siquidem hujus acrimonia, praeterquam quod stomacho prodest, capiti quoque non ingrata est, pituitam dissolvens atque difflans, vel per inferiora depellens. Leguminum faba pessima est, et ejus species, ut pisa, tam pallida, quam longa: secundo loco, lentes, quae quibusdam sane ad concoctionem et excretionem promovendam, praedi-

Digitized by Google

ditae sunt virtutibus, caput autem replent, et dolorem movent, cum pipere tamen elixae non repudiandae sunt. Alica et elota, suavis est cum vino et melle, quantum ad dulcedinem sufficiet: et ex eadem quoque sorbitio: et eadem cum jusculis simplicibus. Optime vero faciunt in condimento, *Carycaea*, dicto, caryi, coriandri, anisi, et apii semina: his autem praestat herba menthae, et pulegii, quae praeterquam quod bene oleant, vim etiam quandam habent, et urinam movendi, et expellendi flatus. Ex carnibus vetustae omnes malae sunt: ex recenter interfectis, gallus utilis est; et inter aves palumbes, et columba, et quotquot non ita multum pingues sint: suis extrema, lepus assatus, caro autem bubula et ovilla, succos incrassant et caput implent: hoedina vero non prorsus mala est. Lac et caseus, capitis dolorem movent. Ex piscibus, saxatiles deligendi, et quotquot in regione optimi habeantur. Ex oleri-

Digitized by Google

bus, aſsumantur, quaecunque ventrem et urinam movent, ut malva, blitum, beta, aſparagi: et inter acres, braſsica: radiculae et rapae, et pastinacae, urinam quidem cient, ſed caput replent: sisarum inflationes facit, et stomachum in tumorem attollit. Vinum album, tenue, dulce aſcribatur, quae ita astringat, ut alvum tamen non ſupprimat. Omnia bellaria capitis dolorem faciunt, omni palmularum genere excepto; ex fructu, oporz dicto, ficus et uvae proſunt, et quidquid ſuo tempore sit optimum. Omnium vel juvantium repletio nocet: magis autem cruditas; defatigatio minus, quam cruditas, offendit, quae et ipsa tamen noxam infert. Deambulatio matutina, exonerato prius ventre, proficit, citra tamen ſpiritus difficultatem, aut laſsitudinem: post coenam etiam optima est. Gestatio uſurpetur longa, sine vento, ubi ſol caput minime feriat, id enim offendit Sirius. Cum muliere coitus capiti nervisque officit,

Exercitatio.

Digitized by Google

ficit, et *Convulsiones* provocat. Peregrinatio, in calidiores ex frigidis, et ex humidis in sicciores locos convenit. Confert etiam navigare, et aequore vitam agere, et siquis in maritimis regionibus degat, bonum est aqua salsa frigida lavari, et in mari natare, et in arenis volutari, et juxta aequor habitare.

Heterocraniae eadem sunt remedia; nam quae toti capiti prosunt, eadem singulis etiam partibus adhibere expedit. Quicunque per haec morbum non evaserint, helleboro albo uti debent, ultimo valentissimoque omnium evacuantium auxilio (*a*). Heterocraniae eadem curatio. Helleborus.

(*a*) Omnia notatu digna, quae se ex *Archigene* depromere testatur *Aëtius*, (Lib. 6. c. 50.) in hoc capite inveniuntur.

Digitized by Google

CURATIO
SCOTOMATICORUM.

Cap III.

Et *Cephalaeae* succedit *vertigo*, et ipsa per se quibusdam de causis oritur; ut ex *Haemorrhoidum* fluxu suppresso: vel si e naribus sanguis non effluat, qui prius effluere consueverat: vel si corpus sudore, aut exercitatione, non perspiret, labori prius assuetum. Itaque si ex *Cephalaea* subsistat, eadem curandi ratione uti convenit, quae in *Cephalaea* proposita est; quaenam autem violentiora atque ultima adhibenda sint remedia, posterius explicabimus. Sin ab aliqua humorum suppressione morbus inciderit, usitata excretio movenda est: nam salutaris est naturae reversio: At si haec moretur, et increscat malum, in

Digitized by Google

in aliis suppressionibus, sive eorum quae per nares, sive eorum, quae per sudorem ferri consuerant, vena cubiti secetur, sin ex jocinore, aut liene, aut alio quovis in medio corpore positorum viscerum, humoribus redundante vitium sit ortum, cucurbitula subveniet; oportet autem quantum sanguinis per venam, tantum ex his cucurbitula detrahere: is enim, sicut etiam venter, causam alit. Postea capitis remedia usurpanda; vena frontis recta, aut eae, quae in utraque parte nasi, juxta oculorum angulos jacent, incidendae: admovenda vertici Cucurbitula: arteriae secandae: radendum, et rubefaciendum caput: pituita educenda, vel per nares, medicamentis sternutamenta excitantibus, vel per os, sicut antea praecepi; omnia denique, ordine in *Cephalaea* imperato, exequenda, nisi quod insuper cyclamini, vel anagallidis succus, naribus infundi debeat.

Curatio eadem, quae Cephalaeae

Digitized by Google

Vomitio ex helleboro.

Verum ubi omnia ad *Cephalaeam* remedia praestiteris, valentiora haec contra *Vertiginem* adhibenda sunt auxilia; vomitibus a coena, et postea, ab esu radicularum uti oportet, ut per haec etiam ad assumendum helleborum homo praeparetur; nam, ante vehementia vomitoria, assuefaciendus est vomitioni stomachus: quin etiam pituita tenuior ita efficitur, quaeque helleboro facilius dissolvi queat. Hellebori autem exhibendi modi sunt complures. Valentioribus dari potest, ad magnitudinem placentulae, vel paulo liberalius, incisus, cum alica elota, vel lente, et pondus sit ad drachmas duas; imbecillioribus autem et tenuioribus praebeatur, cum melle decoctus, ad cochlearia duo vel tria; confectionis vero modum alio loco declarabimus (*b*). Ceterum, inter singula remedia, cibis re-

(*b*) Libros enim de Pharmacia se confecisse saepius ostendit. Plurima de hel-

Digitized by Google

refici debet aeger, quo ea, quae interim adhibentur remedia, sustinere valeat.

Porro in accessionibus ita succurrendum est; crura supra talos atque genua, manusque carpi et brachia, infra humeros deliganda juxta cubitos. Caput oleo rosaceo, cum aceto, perfundatur: oportet autem oleo serpyllum, aut spondyllium, aut hederas, aut aliquid horum simile incoquere Extremorum usurpetur, et faciei frictio. Acetum olfaciat, mentham, pulegium, ipsa quoque cum aceto. Dentes diducantur, siquidem aliquando maxillas collidunt; titillentur tonsillae, ut provocetur vomitus: nam interdum, rejecta pituita, a tenebris excitantur. Hactenus de acces- Accessionis levatio.

hellebori exhibitione habet *Oribasius.* (Med. Collect. L. 8. c. 1. 2. 3. 4. 8.) ex *Archigene* et *Herodoto Pneumaticis* desumta.

Digitized by Google

ceſsionis levamento, et tenebrarum diſcuſsione (*c*).

Victus ratio. At de universa victus ratione, tam inter curandum, quam post curationem, ita judico. Multus ſomnus et vigilia multa, pariter offendunt; multus quippe ſomnus capitis ſensibus torporem inducit, vaporum exuberantiam, et ad quamvis actionem ſegnes facit: haec autem gravitatis, et tinnitus aurium, et ſplendorum ante oculos obversantium cauſae ſunt, quae omnia morbi ſunt ſymptomata; vigilia vero cruditatem facit, corpus alimento privat, laſsitudinem corpori inducit, mentem contriſtat, et alienationi opportunam reddit: quapropter hi in *furorem* et *Melancholiam* facile incidunt, moderatus autem ſomnus ad rectam alimenti distributionem, et

De ſomno.

(*c*) Ab hac Methodo non diſcrepat curatio, quam ex *Archigene* et *Poſidonio* profert Aëtius. (L. 6. c. 7.

Digitized by Google

et ad requiem ex diurnis laboribus confert. Subsistendum, ut reddatur alvus: etenim haec perſpirationis maxima cauſa est: dein crura aſperis linteolis fricentur, usque ad ruborem et postea dorsum ac latera, postremo caput. Ab his ambulatio, in initio, ac fine, lenior: in medio, tantum non cum curſu; quies rurſus, ac ſpiritus receptio, post ambulationem. Vox exerceatur, graves potius ſonos emittendo; acuti namque caput distendunt, in temporibus palpitationes, in cerebro pulsationes faciunt, oculos inflant, in auribus tinnitus movent; vox tamen mediocriter acuta capiti prodest. Frictio. Ambulatio. Vocis exercitatio.

Deinde gestationis tempus erit, ad gravitatem omnem capitis diſſlandam; haec autem multa sit, ſed citra laſsitudinem: neque vero in tortuosis tramitibus, et aſsiduis viae flexibus, quia haec vertigines creant. Ambulationes quoque rectae, longaeque, ac laeves ſunto. Quod si prandio aſsuerint, panis ſolus of- Geſtatio.

Digitized by Google

offeratur, et quantum exercitationes non impediat: nam ante has concoquere oportet. Caput ac manus exercendae, fricandaeque; in his vero leniter agendum, ut revocetur calor, et instauretur caro, et restituantur vires, postea suum ipsius caput erectum fricato, diutius hunc laborem sustinens. Quin et exercitationes scienter factae, ita ut cervix tumefiat, et manus circumquaque protrudantur, corporis contentionem faciunt. Porro, alte sublato capite, oculos exercere oportet, manuum gesticulatione, aut discorum jactu, aut caestibus decertando. Obest autem pila, et parva et magna: etenim capitis et oculorum circumvolutio atque intentio vertigines inducunt. Optime faciunt saltus cursusque; quin et omnia acria crurum exercitia totum corpus roborant; frigida lavatio potior est, quam nulla: nulla, quam calida; frigida lavatio caput efficacissime astringit, condensat, siccat, quae salutem reddunt: calida lava-

Capitis, manuum et oculorum, et crurum exercitationes.

tio

tio potenter humectat, diſsolvit, tenebras offundit, quae res morbi capitis cauſae existunt: hujusmodi ſunt Austri, qui et auditum gravem faciunt. Post exercitationes, quies, ut perturbatio ſedetur; capitis compreſsio ad pruritus in cute commotionem.

Cibus

Ante cibum aqua, vel vinum aquosum propinetur; prandium tenue sit, in quo olerum coma afsumatur, quae ventrem emolliunt, malvae, betae, bliti; liquamen stomacho et palato conveniens, alvum leniens, quodque caput non gravet, ex thymo, et sinapi, et thymbra confectum; ova hyeme calida, aestate frigida, putamine exuta, non afsata; olivae, palmulae, ſalſamentum vetus; alica elota cum aliquo ex dulcibus, quantum ad hanc condiendam afsumere velint, et cum his ſal. Otium imperetur: quies et vocis, et auditus; ambulatio in aëre bono, et in loco, aut arboribus, aut herbis delecta-

Digitized by Google

lectabili. Sub coenae tempus, omnino iterum frigida lavetur, corpore oleo parum inuncto; quod si fieri commode nequeat, crura tantum. Coena constet ex frumento, uti itrio, vel alicae forbitione, vel ex Ptisana inter coquendum flatibus experti et concoctu facili facta: medicamenta vero, quae Ptisanam condiant, sint piper, pulegium, mentha, cepae, aut porri paululum, quantum non stomachum repleat; porro acetum acre non inutile est. Ex carnibus, afsumantur pinguium animalium partes non pingues: suis caput, ac pedes: volatilia omnia, sed quantitatem conjicere oportet; lepus, et venatio: gallina in promtu est, et convenit. Bellarium omne capitis dolorem movet, exceptis palmulis, et horariis ficubus, et uva, si homo inflationibus vacet: utiliter etiam afsumi posfunt ex fecundis mensis, quae facile concoquuntur, nidorem non habent, et levia sunt. Ab his ambulatio, mentis hilaritas, inter quietem et somnos conversio. CU-

Digitized by Google

CURATIO
EPILEPSIAE.
Cap. IV.

Inter medicamenta, quicquid maximum ac valentiſsimum est, adverſus *Epilepsiam* uti oportet, ut hominem non modo affectu liberemus doloribus pleno, in singulis item acceſsionibus periculoso, ſed etiam ſpeciei foeditate, et calamitatis opprobrio. Et profecto existimo, si ſemet invicem in acceſsionibus intuerentur, et ea quae patiuntur aegroti, cernerent, vitam ultra ducere non ſustinerent; verum a ſe ipsis foeda haec atque atrocia cujusque mala ſenſus privatio, et ſublata videndi facultas occulit. Optimum est autem, ut medendi ratio Naturae ductum ſequatur, ubi aetatis mutationibus hominem haec

Digitized by Google

multum variat, nam si usitatus malo victus, in qua morbus alitur, desierit, id ulterius hominem non invadit, quia una cum eo, quod illi antea gratum erat, decedit.

Curatio affecti capitis eadem, quae Cephalaeae

Id itaque si caput occupaverit, inhaeret: Quamobrem omnia facere necesse est, quae in *Cephalaeae* curatione praecepimus., quoad sanguinis detractionem, et purgationem venarum tam ejus, quae in cubito, quam hujus, quae in fronte recta est: item quoad Cucurbitulas. Is autem non est usque ad animae defectionem mittendus; affectum enim ista res arcesit. Arteriae omnes et ante, et pone aures, incidendae. Purgationes item instituendae, quae multo plus, quam haec omnia, valeant, *Hiera* scilicet purgante, et his quae a capite pituitam eliciunt; quae medicamenta sui quaeque generis fortissima esse debent; istorum enim habitus do-

lo-

Digitized by Google

lorum patiens est, eosque alacritas ac bona spes tolerantes efficit.

Oportet etiam ignem admovere capiti: etenim valde proficit. Imprimis autem opus est, ut os quoque usque ad *Diploen* perforetur; deinde ceratis, cataplasmatisque utendum, quoad membrana ab ossibus secesserit; ossa nuda terebra circumcidenda, quanquam ea paululum resistant, usque ad spontaneam horum separationem, et quoad eorum atra et crassa inventa fuerit membrana. Cumque ad putrefactionem, et purgationem usque, medelam audacter exsequente Medico, vulneri cicatrix inducta est, homo ex morbo liber evasit. Maxime omnium *rubefacti-ones* capitis usurpandae: Usitatae quidem, quascunque superius proposui; sed his valentior est, quae ex *Cantharidibus* conficitur: tribus autem antea diebus, quam his utamur, ad vesicam tutandam bibatur lac, quia *Cantharides* magnopere

Capitis ustio et terebratio.

Phoenigmi.

Digitized by Google

vesicam laedunt. Haec utique, si afficiatur *caput*.

Curatio si Morbus mediam corporis partes tentet.

At si *mediae corporis partes* causam inducant, et ab his morbus oriatur: (id autem rariſsime evenit, quia mediae partes capiti, quod initium affectus facit, utpote in magno malo, ſaepius conſentiunt,) utcunque vero res ſe habeat, etiam in his cubiti venam incidito: siquidem hac a Viſceribus ſanguis effluet. Porro hos etiam idque *magis* quam alios, purgato, et *Hiera*, et cneoro, et cocco *Cnidio*; etenim ista pituitam educunt. Praeſentiſsimum vero istis auxilium est a Cucurbitula. At Epithematum et Cataplasmatum ſylva ſatis cognita est, et haec ubique deſcribere ſupervacaneum videtur, nisi quatenus eorum vim noſse conveniat: quod his ſcilicet extenuare, per halitus digerere, et corpora fluxa ac perſpirabilia reddere oporteat. Medicamenta item concoctionem promoventia, calida, sicca, et urinam citan-

Venae ſectio.

Purgatio

Cucurbitula externe adhibenda

Medicamenta per os ſumta

Digitized by Google

tantia, tam in alimento, quam in medicatione, aſsumenda; inter quae excellit castoreum ſaepius in menſe ex aqua mulſa potum: et medicamina etiam composita, quaecumque idem praestant, ut *Antidotum ex Viperis*, *Theriaça* dicta, quod ex variis conficitur, et *Mithridaticum*, quod ex magis variis constat: nec non et hoc, quod *Antidotum bestini* dicitur. Etenim haec concoctionem faciunt, bonos ſuccos creant, et urinam movent: nam quaecunque medicamenta simplicia conſcribi poſsunt, horum *Antidotorum* facultatibus continentur: cinnamomum, caſsia, malabathri folia, piperis, atque ſeſelis omnia genera; et quodnam denique valentiſsimorum remediorum in his non repereris? fama est etiam, vulturis cerebrum, et crudae felicae cor, et domesticos feles comeſos affectum hunc discutere. Haec ego ſane non expertus ſum; homines autem ipſe aſpexi, qui viri recenter jugulati ſanguinem, ſubjecta vulneri phiala haustum com-

Digitized by Google

bibere. O ingentem neceſsitatem! quenquamne ſuſtinere poſſe, malo, quantumvis gravi, auxilio mederi tam horribili! atqui ex hoc ad ſanitatem, nec ne, pervenerint, nemo unquam mihi certo affirmare potuit. Apud alium, quendam Authorem, jecur hominis comedendum eſſe, invenio. Verum haec quidem in eorum gratiam ſcripta ſint, qui eo miseriae devenerunt, ut hujusmodi auxilia experiri ſuſtineant.

Victus ratio

Ad haec, victus ratione ſuccurrendum, et ſingulis rebus, quae vel ab aliis, vel ab ipſomet aegro, praeſtari queunt. Jam vero nihil negligendum, nihil temere agendum eſt: ſed omnino adhiberi debent ſingula, quae vel minimum juvent, nihilque, quod offendat: nam et ſpectacula multa viſui ingrata et ſoni, et gustus, et ſuffimenta plurima morbum accerſunt. Omnibus itaque rebus diligenter attendere. Somnus multus craſsitudinem corporis, et ignaviam facit, et nebulam quandam

De ſomno

dam sensibus offundit: mediocris autem prodest. Alvi excretio a somno, praesertim si flatus cum pituita reddantur, plurimum juvat. Ambulationes longae conveniunt, gratae, non tortuosae, ubi aër bonus adducatur; sub arboribus myrti, aut lauri: aut inter acres ac bene olentes herbas, calamintham, pulegium, thymum, mentham, praecipue inter sylvestres ac sponte nascentes, quod si fieri nequit, illic, ubi arte cultuque producuntur. Ibidem quoque gestationes fiant, ipsae itidem rectae. Itinera facere expedit: cavendo tamen, ne homo fluminis profluentem aquam, aut quidvis in circulo rotatum, aut circumvolutum turbinem inspiciat; etenim imbecillior est, quam ut firmum conservet spiritum; nam *spiritus*, cum orbe quovis convolvitur: circumvolutio autem *Vertiginem* et *Epilepsiam* provocat. A gestatione quieta ambulatio, quo sedetur agitatio inter gestandum orta. Manuum deinde exercitationes fiant, harum ex-

Ambulatio

Gestatio

Manuum exercitatio

Digitized by Google

tremis linteolo e linis crudis confecto interim obvolutis. Inunctio non admodum pinguis. Frictio diuturna, sed durior, ad densandam cutem; tumidi enim et crassi sunt ex his plerique; in medio autem totius frictionis caput erectum perfricetur. Exercitationes ad cervicem, atque humeros: manuum dimotio; omnia fiant, quemadmodum in *Scotomaticis* praecepi, ubi de hac re abunde actum est; praeterquam quod acriores horum exercitationes esse debeant, ad sudorem calorem-que commovendum: haec enim omnes partes extenuant. Ceterum et in omni vita animum acrem facere oportet, citra iracundiam.

Cibus Alimenta omnia ex crassis leguminibus, mala; ex frumento, panes sicciores exhibendi: alica elota, et sorbitiones ex hac. Medicamenta voluptatis causa, eadem, quae in supra positis; sed acrium plura jam assumantur, piper, zinziber, ligusticum. Liquamina ex aceto, cum

ey-

Digitized by Google

cymino, et delectant, et prosunt. Carnibus praecipue quidem, in totum, sin minus, in curatione saltem abstineant, in refectione tamen, assumantur, quaecunque vel natura leves fuerint, quales sunt, volatilium, excepto anate: vel quaecunque concoctu faciles, ut lepus, suum pedes, et salsamentum; post quae sitis bona est. Vini paululum bibatur, albi, tenuis, odorati, urinam moventis. Ex oleribus juvant, quotquot facultate acria sunt, quae a nonnullis tamen leviter degustari possunt: siquidem eorum copia nocet, cum frigida sint, et humida; fici viridis, et uvae maturae usus convenit. Ambulationes; post has animi oblectatio, molestia vacans.

Ira obest, obest etiam venus: haec enim ipsa res morbi symptomata inducit *(d)*. Atqui de coitu Veneris noxa.

(d) *Democritus* (ut inquit *Galenus*) coitum parvam *Epilepsiam* vocavit.

Digitized by Google

Medici non nulli falso opinantur; quoniam enim pueri in virum naturalis mutatio aliquid boni praestat, horum Naturae, intempestivo coitu, vim intulerunt, tanquam eos citius ita roboraturi. Isti quidem a Natura sponte praestitum tempus, in quo omnia fiunt remedia, ignorant; haec enim, singulis aetatibus propria, temporibus, opportunis, gignit: in tempore, feminis, barbae, canitiei, fit maturitas. Ecquis itaque Naturam Medicus variaverit, tum quoad feminis ex principio immutationem, tum quoad tempus singulis rebus praefinitum? Quin et in morbi naturam impegerunt; neque enim pueri aggrediendo jam coitui amplius opportuni sunt, intempestivo rei experimento antea laesi.

Ubi degendum.

Oportet autem in regionibus calidis siccisque degere; siquidem morbus frigidum quoddam atque humidum est.

CU-

Digitized by Google

CURATIO
MELANCHOLIAE.
Cap. V.

In *Melancholicis*, de sanguinis detractione deliberandum est, ex quo morbus nascitur, sicut etiam ex malorum humorum copia non exigua. Itaque si juvenilem aetatem idque verno tempore, affectus hic invaserit, vena incidatur dextri cubiti media, ut a jecore opportuna fiat effusio; etenim hoc viscus et sanguinis fons est, et bilem generat, quorum utrumque *Melancholiam* alit. Secetur autem, licet homo tenuis, neque sanguinis abundans fuerit; parum tamen mittendum, ita ut sectionem vires sentiant, neque tamen ea labefactentur: etenim quanquam crassus, et biliosus, et concretus fuerit sanguis, et quasi amurca, niger, Venae sectio.

Digitized by Google

ger, nihilominus iste Naturae fedes, atque alimentum est; quare si debito plus detraxeris, alimento destituta loco suo dimovetur Natura. At si sanguine abundet aeger, is plerumque non admodum vitiosus est; vena tamen incidenda: verum haud eodem die, sed ex intervallo, quantum detrahi oportet sanguinis mittendum est; detractionis modum vires indicabunt. Medio autem tempore liberalius homo nutriatur, quo facilius alteram evacuationem sustineat. Siquidem et ventriculo, ipsi quoque aegrotanti ac laboranti, succurrere necesse est: cumque huic incumbat atra bilis, aegro, per unum diem prius tenuiter nutrito, hellebori nigri drachmae duae ex aqua mulsa propinentur, siquidem iste atram bilem subducit; quin etiam thymi *Attici* coma idem praestat; sed commodissimum est parem simul utriusque portionem, ita ut ex ambobus duarum drachmarum pondus fiat, exhibere. Ceterum a purgatione lavetur, vinique paululum

Purgatio

Digitized by Google

lum aſsumat, et quicquid in cibis gratiſsimum existimet: purgatio enim stomachi vires fatigat. Post haec ad medias partes transeundum, cumque has Cataplaſmate et Perfusione relaxaveris, Cucurbitulam jocinori, et Ventriculo, aut hujus ori admoveto: namque haec detractio multo magis, quam venae ſectio, juvat; dorſo item, inter ſcapulas alteram affigito, qua parte adhaereſcit illi stomachus. Postea reficiatur iterum aeger, et si alimento vires instauraverit, capiti raſo cucurbitula applicetur: quia prima ac maxima morbi cauſa nervis inest; neque vero ſensus ipsi noxa vacant, siquidem a capite horum origo atque initium est: igitur ipsi quoque pervertuntur, utpote aegritudinis participes; quidam vero, propter horum alienationem, etiam vitioſe ſentiunt. Stomacho autem praecipue ſuccurrendum est, cum ipſe itidem aegrotet, eique bilis atra inhaereſcat: igitur apsinthii ſuccus, ab exigua quantitate initio facto, ad cyathi

Cucurbitula.

Stomachi cura.

Digitized by Google

athi menſuram propinetur, is enim bilis generationem prohibet; aloë item convenit, quae bilem ad inferiora intestina deducit. Quod si malum recens fuerit, neque multum homo a naturali statu deceſſerit, praeter haec alia medela opus non est: reliqua tamen victus ratio neceſsaria est, et ad restaurandum corporis habitum, et ad affectum exquisite perpurgandum, et ad vires confirmandas, ne morbus denuo revertatur; victum autem, qui *in* refectione uſurpari debet, posterius exponam.

Evacuatio ſolita movenda

At si, ab his paululum repulſus, iterum affectus ingruere videatur, valentiora neceſsaria ſunt auxilia. Nulla itaque fiat mora; verum si ex retentis, in muliere, *Menstruis purgationibus*, aut in viro, ex *Haemorrhoidum* profluvii ſuppreſsione, morbus initium ceperit, irritentur loci, et aliquid excretionis ſolitae provocetur. Verum si ea cunctetur, neque deſcendat in aliam aliquam par-

Digitized by Google

partem prolapso sanguine, et affectus increscat, evacuatio fiat, primo a talis: et nisi quantum suffecerit ab hac parte profluat, secetur etiam vena cubiti. Interjectis autem, ad reficiendum hominem, tribus vel quatuor diebus, *Hiera* purgans potui detur. Postea mediis partibus applicetur Cucurbitula, et jocinori affigatur; omnesque hae res maturandae, et quam celerrime conficiendae. Neque enim parvis auxiliis affectus cedit; et si valentibus etiam resistat, firmiter inhaerescit *Melancholia*; ac si universo corpori insederit, sensibus, menti, sanguini, bilique, ac nervos etiam occupaverit, non modo ipsa insanabilis evadit, sed et alios in corpore morbos procreat, *Convulsionem*, *Insaniam*, *Paralysin*; atqui si haec e *Melancholia* nascantur, sanationem non recipiunt. Itaque ad mali curationem helleboro albo utendum; sed ante hujus usum assuefaciendus vomitioni stomachus, et humores extenuandi, flu-

Purgatio

Cucurbitula.

Helleborus albus

Digitized by Google

fluxumque corpus efficiendum est: ista autem vomitus praestant, modo jejuno stomacho, modo a radicularum esu. Docebimus autem hujus rei et modum, et materiam; docebimus etiam hellebori ſpecies, ejusque aſsumendi rationem; item, quo pacto singulas res ordinare prius oporteat, et quibus modis in vomitione ſuccurrendum sit, indicabimus. Incredibile est, nisi ab his morbus fuerit omnino depulſus, aut per multos ſaltem annos intermiſerit: plerumque enim postea rurſum Melancholia ſuboritur. At si tenacior adhuc inhaereſcat, non ultra morandum est, quin omnia, quae ad helleborum pertinent, administrentur.

Atqui aegroti omnes ad ſanitatem nullo modo perduci queunt: Id enim si praestare poſset Medicus, *Deos* ipſos potentia antecelleret; potest autem Medicus et dolores tollere, et malorum intermiſsiones facere, et morbos ipſos occultare. Vel itaque, his adhibitis, de-

Digitized by Google

desistendum, et aegroti detrectanda cura est, excusatione facta, eo quod morbus sanari nequeat: vel ad finem usque, ut levetur saltem, artis tentanda sunt praesidia. Detur autem subinde *Hiera*, quae ex aloë constat, quod Medicamentum *Melancholiae* praecipuum est, cum stomacho et jocinori subveniat, bilemque expurget. Quin etiam, malvae seminis drachmam ex aqua propinare, utilissimum esse quidam experimento confirmavit. Porro innumera sunt medicamenta simplicia, quorum alia aliis prodesse poterint.

Ceterum ab his laboribus ad refectionem veniendum est: in quibusdam enim procedente curatione, morbus quidem de sede sua labefactatus est; verum ubi homo ad carnem viresque jam instaurandas pervenit, mali omnia simul oblitterata sunt vestigia; siquidem Naturae robur sanitatem, imbecillitas autem morbos parit. Ad refectio- Refectio.

Digitized by Google

Aquarum naturaliter calidarum usus

nem itaque se convertat aeger, in naturalibus aquis calidis saepe commorans: etenim ea, quae his insunt, medicamenta juvant, ut bitumen, aut sulphur, aut alumen, quaeque in iis reperiuntur, aliae plurimae facultates; siquidem humiditas, post morbi ariditatem et medelae vexationem, convenit: rarae vero mollesque carnes ad morbi depulsionem maxime conducunt: verum istae in *Melancholicis* aridae sunt ac densae. Inunctio pinguis cum leni frictione adhibeatur, cum multo autem oleo contineat * * * * * * * * * panes loti, cum vino aliquo dulci, ut sapa *Cretica*, aut *Scybellite* ex *Pamphylia*, vel vino cum melle jam pridem permixto. Ova et frigidiora, et calida, putaminibus nudata, conveniunt; ex carnibus assumantur, quae non pingues sunt, quaeque detergendi facultatem habent: suis pedes, et capitis partes; avium alae pinguedinis expertes; ex venatione, leporum, caprearum, damarum caro,

Victus ratio.

ex

ex fructu opora dicto, quicquid optimum fuerit. At propter stomachi subversionem, ante cibum prospiciendum est, ne is acceptus vomitu rejiciatur. Quamobrem semper, ante alimenti assumtionem, exhibeatur mulsae cyathus dimidius, et, ad stomachi purgationem, vomitu reddatur: nam ita cibus in ventriculo permanebit. Medicamina autem ad necessarias res purgatione educendas apta sunt, pini, et urticae fructus, coccali, et piperis semina, amygdala amara, quibus mel consistentiam faciet. Quod si exsiccare velis, optime proficit myrrha, et iridis radix, et medicamentum ex *Viperis*, et *Bestini*, et *Mithridatis Antidotum*, et alia innumera. Quod ad Epithemata pertinet, pro Cataplasmatum materia sit melilotum, et papaver, et terebinthi lachryma, et hyssopum, et oleum rosaceum, vel oenanthinum, quae omnia cera cogantur. Adhibeatur inunctio pinguis: gestationes: ambulatio: et

Vomitio et medicamina ante cibum.

Epithemata.

Exercitatio.

Digitized by Google

alia, quotquot carnem instaurant, ac vires reficiunt, Naturamque in habitum suum pristinum reducunt.

* * * * *

* * * * *

CURATIO

PHTHISIS.

Cap. VIII.

Curatio. *** quemadmodum in navi, ac maris tranquillitate; nam si res aegroto prospere cedant, in aequore gestari poterit, atque illic vitam agere: etenim aqua salsa siccitatem quandam *Ulceribus* communicat. A gestatione quiescens oleo pingui inungatur; et post frictiones ** per-

fu-

Digitized by Google

fusus, primo paululum; deinde huic paullatim adjiciendum, ad quinque aut sex heminas, aut multo etiam amplius: sin minus, quantum quisque ferre poterit; id enim saepe pro omni alimento sufficit. Lac autem assumtu suave est, potu facillimum, nutritu solidum, et omni cibo a pueritia familiarius, visui etiam ob candorem delectabile; ad haec medicamentum est, quod arteriam aspritudine liberat, guttur expandit, pituitam educens spiritum reddit facilem, et ad inferiora lubrice transit; praeterea medicamen *Ulceribus* dulce est, et alio quovis mitius (*e*). Itaque si multum hujus quispiam bibat, nullo alio alimento indiget: nam Cibus.

(*e*) Haec ultima, quae de lactis virtutibus praedicantur, de Oxymelite iisdem verbis dicit *Hypocrates* (de Vict. Acut.) An igitur ea ad Lac, per scripti hujus mutilationem, traducta sunt? Certe quaedam hic enumeratae facultates ad Lac vix referri posse videntur.

Digitized by Google

utile est, ut in valetudine idem Lac, et pro cibo, et pro medicamento sit; siquidem et gentes sunt, quae lacte vescuntur, *Galactophagi* (*f*) dicti, neque frumentum unquam comedunt. Prosunt autem cum lacte puls, itria, alica elota, et quaecunque edulia ex lacte conficiuntur. Quod si aliud alimentum desideret, ejusmodi sit, Ptisanae cremor, concoctu facilis, tenuis; ita vero condiri debet, ut quam facillime sorbeatur, hoc medicinale sit, ligustici coma, pulegium, mentha, salis paululum, acetum, aut mel; quod si stomachus male concoquat, id utique offeratur: sin is nihil tale postulet, omnibus ipsa praestat Ptisana. Licet autem Ptisanam in alicam permutare: minus enim inflat, neque ita aegre concoquitur; ipsa quoque tanquam Ptisana, detergens facta, pinsatur. In humidioribus rejectionibus *Ulcera* purgant fabae, sed inflationes faciunt: pisa item, et ochri,

(*f*) *Homer.* et *Herodot.*

Digitized by Google

chri, quo minus inflant, eo minus etiam *Ulcera* purgant; ex Symptomatis itaque conjecturam faciens, his utere; eorum condimenta eadem sunto, quae in Ptisanae praeparatione exposui. Ova assumantur, ex igne, aquea, calida: sed optima sunt, si ex animalibus dentur recens edita priusquam.

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * *

* * * * * * * *

CURATIO
JOCINORIS,

Cap. XIII.

*** jocinori *Ulcus* pernicioſum insit. Periculosissimus autem est, qui

Digitized by Google

in ventrem fit, puris confluxus, si ad superiora tendens per stomachum iter sibi faciat; alimentum enim vitae causa est: ipsius alimenti dux est stomachus, et praeterea medicamenta internis partibus distribuit; itaque si ad reliqua mala deglutiendi tarditas accesserit, aegrum morbo ac fame celerius consumi necesse est. Ceterum loci cujusque indicia, quo se pus conversurum est, alia sunt, et alia. Nam si per intestina transeat, torsiones fiunt: alvus liquida est: pituita ac bilis fertur, deinde sanguinis grumi cum humore circumfluo, vel liquor similis aquae, in qua cruda fuerit caro clota. Quod si ad vesicam tendat, gravitas in renibus lumbisque percipitur: multa primo exeunt, et bile tincta: deinde, turbida, quae neque subsidunt, neque consistunt; ad extremum vero, sedimentum album apparet. Sin ad Stomachum sursum feratur, nausea, cibi fastidium, pituitae, vel bilis vomitus, animae defectio

Signa Puris per intestina transeuntis.

Per Vesicam.

Per Stomachum.

fectio, vertigo, usque dum ruptus sit *Abscessus*.

Praesertim itaque pus in aliam partem avertatur: siquidem haec mala est via. At si pus hac violentius ferri repereris, omni ratione succurrendum est, stomachoque subveniendum, et cibis, et medicamentis, et victus ratione, et omnia leniter agenda. Medicamentis utendum, ut rumpatur *Abscessus* sinus: quamobrem hyssopi herbam cum mulsa potui dato, et marrubii coquam, cum mulsa itidem, et apsinthii succo. Haec utique ante cibos bibere oportet, ut humores tenues fiant, et viae lubricae efficiantur, et suppuratae partes facile rumpi possint. Detur etiam asininum Lac, laeve, bilem non generans, bene nutriens, quod in caseum non spissescit, quae lactis virtus est. Ad haec aegro gratificandum est in cibo ac potione, quae, quanquam convenientibus, paulo deteriora fuerint, nihilominus, si ea expetat, con-

Per Stomachum fluentis auxilia.

Digitized by Google

cedantur *(g)*; nam per stomachum transibit ingratum ac nauseam movens pus: et nonnullos transitus hic offendit; porro cavendum est, ne jejuni unquam maneant, et siquid asumant, id purum atque sincerum esto. Oportet etiam, in ceteris profusionibus, curam stomacho diligentissimam adhibere, quandoquidem omnibus medicamentis iter iste praebeat. Neque interim jocinoris oblivisci debemus, ubi Ulcerum radix est. At si ad Vesicam feratur, urinam citantibus educendum est, ut asari radice, et phu, et adianto, et mea, in potione sumtis cum mulsa; ex compositis, *Bestini Antidotum*, et medicamentum, quod ex vesicaria constat, optime faciunt, et quotquot praeter haec usus comprobaverit. Verum si per intestina pus educas, id lac praestabit, asinae praesertim: quod si desit, caprae, aut ovis; succos item lubricos et abstergentes exhibeto, ut Ptisanae

Per Urinam puris eductio.

Per intestina eductio

(g) Hippoc. Aph. 38. Sect. 2.

Digitized by Google

nae cremorem pipere, zinzibere et ligustico conditum. Utque summatim de universa ratione victus loquar, in qualibet eruptione alimenta sint boni succi, stomacho apta, concoctu facilia: vel cremores, aut ex lacte pultes, amylus, itria cum lacte *(h)*. * * * Victus

CURATIO LIENIS.

Cap. XIV.

Scirrhi in *Liene* aegerrime discutiuntur; et si ex hoc alii morbi procreentur, ut *Hydrops* aut *Cachexia*, malum sanationem vix admittit. Hac itaque in *Scirrho* curatione Medi-

(h) *Archigenis* scripta quaedam, de curatione *suppurati*, *Ulceratique Pecoris*, ejusque *Scirrhi* superstant apud *Aetium*: (Tetrabib. 3. Serm. 2. c. 4. et 5. et 6.) quae, quia haec sunt manca, iis commode adjici possunt.

Digitized by Google

dicus utatur. Orientes avertere, et recenter inchoatos discutere oportet; inflammationibus etiam resistendum, si *Scirrhi* succedentem illis *suppurationem* difflare velle videantur; nam haec ad inflammationem spectant. Porro iis remediis utendum, quae in acutis hujus visceris affectibus proposui *(i)*. Quod si omnia praestiteris, et inflammatus adhuc maneat *Scirrhus*, etiam igni *similibus (k)* ad emolliendam duritiem utere; Perfusionibus ex aceto, oleo, et melle; sed, lanarum vice, pannos linteos complicatos adhibe; his myrobalanum cribro trajectam insperge; cataplasmatisque quam mollissimis * * *

* * * * * * * *

* * * * *

ARE-

(i) In Curatione jecoris acutorum affectuum; ubi lieni similiter medendum esse praecipit. (Cur. Acut. Morb. L. 2. c. 6.)

(k) *Phoenigmis* item, in *Lienis Scirrho*, utitur *Archigenes*: et alia multa de ejus curatione scribit. (Aët. Tetrabib. 3. Serm. 2. c. 41.)

Digitized by Google

ARETAEI
CAPPADOCIS
DE
CURATIONE DIUTURNORUM
MORBORUM

LIBER SECUNDUS.

Digitized by Google

Curatio Hydropis * * * * Cap. I.
Curatio Diabetis. - II.
Curatio affectuum in Renibus. III.
Curatio affectuum in Vesica ***** IV.
Curatio Gonorrhoeae. V.
Curatio Stomachicorum. VI.
Curatio Coeliaci affectus VII.
Curatio Colicorum * * * * * VIII.
Curatio Dysenteriae * * * * IX.
Curatio Lienteriae. * *, * * X.
Curatio Uteri affectuum. * * * XI.
Curatio Arthritidis, et Ischiadis * XII.
Curatio Elephantiasis. XIII.

CU-

Digitized by Google

* * * * * *
* * * * *

CURATIO
DIABETIS.

Cap. II.

Morbus *Diabetes* dictus; si cau- Diabetes Hydropi similis
ſam et affectum ſpectes, *Hydropis* ſpecies est: et parte tantum, per quam humor exit, ab eo differens. Nam *Aſcitis* receptaculum est membrana Peritonaeum dicta, neque humor exitum habet, ſed illic remanens inundat; et in *Diabete*, humor ab aegrotantis corpore eodem modo fertur, idque similiter contabescit. Liquor autem in Renes ac Vesicam confluit, et per has partes exit. Haec, in *Hydropicis*, aquae via est, si morbus ad ſanitatem inclinet: ſub quo tamen cauſae etiam ſolutio neceſsaria est: non oneris

tan-

Digitized by Google

tantum levatio. Verum in *Diabete* sitis vehementius urget, siquidem humor effluens corpus exsiccat.

Sitis remedia

Auxilia tabi medendae eadem sunto, quae in *Hydropicis*. Ad sitim vero exstinguendam magna medela opus est, quoniam in hoc malo ista dolores omnes longe exsuperat; et siquid bibant, id urinam citat, quae et ipsa profluit, et multa in corpore liquefaciens secum educit. Remedia itaque necessaria sunt, quae sitim temperent: ea enim adest cum inexplebili potionis desiderio, cui nulla, quantacunque fuerit, mederi potest humoris copia. Prorsus autem stomacho, ubi sitis origo ac fons est, succurratur. Ventre itaque *Hiera* prius purgato, Epithematis utere ex nardo, mastiche, palmulis, et cydoniis malis crudis; quorum succus, cum nardo, et oleo rosaceo, ad Perfusionem optime facit; caro autem cum mastiche, et palmulis, pro Cataplas-

Purgatio et stomachi externa remedia

mate

mate sit: cera autem haec, et unguento nardino, bene miſceatur; vel acaciae, et hypocystidis ſucci, et pro Perfusionibus, et pro Cataplasmatis, uſurpari poſsunt.

Aqua sit pro potu, quae cum fructibus, opora dictis, decoquatur; pro cibo lac, quaeque una cum hoc conficiuntur alimenta, amylus, alica, ſorbitiones. Vinum astringens, ad roborandum stomachum, praecipue meracius, ad evaporandos diſsipandosque ceteros humores: siquidem ſalsa sitim movent; vinum vero astringens, simulque refrigerans, corpus immutat, ac temperatum efficit: vinum etiam dulce, tanquam ſanguis, vires instaurat, quia ſanguinem procreat. Medicamenta composita sint ejusmodi, uti id, quod ex *Viperis* constat, quodque *Mithridaticum* vocatur, quodque ex opora conficitur, et cetera, quae adverſus *Hydropem* valent. Porro

Victus

Medicamenta

Digitized by Google

universa victus ratio, ac vita eadem instituatur *(a)*.

CURATIO
CALCULI
ET
EXULCERATIONIS RENUM.

Cap. III.

De *Inflammatione*, et *sanguinis profluvio*, et aliis Renum vitiis, quae acute

(a) Caput hoc mancum esse ex *Aëtio* patet, qui (Tetrabib. 3 Serm. 3. c. 1.) haec habet „ Optima vero, inquit *Aretaeus*, est in dolio facta „ evaporatio ad exsiccandum, eo „ modo, ut caput extra dolium promineat, frigidumque aërem attrahat, reliquum vero corpus omne „ calefiat " *Graeca* his respondentia, quae ex *Aëtii* Ms. in Gallia rum Re-

Digitized by Google

acute interimunt, in Acutis Morbis conſcripsimus, Verum de horum *Exulceratione*, et *Calculorum* in his procreatione, quae ſenes plerumque usque ad mortis diem comitantur, praecipue jam tractamus, ut si fieri poſsit, mala haec ſanentur: sin minus, ut aegri dolores ſaltem leniantur.

Regis Bibliotheca petita ſunt, vid. In Not. ad Var. Lect. ad hunc locum. Ex eodem Ms. prolata ſunt *Graeca*, quae *Aëtius* ſe ex *Aretaeo* proferre testatur de Signis Diabetis, quaeque in Not. ad Var. Lect. ad caput illud videri poſsunt. Eadem ista verba, de curatione *Diabetis*, quae *Aëtius* ex *Aretaeo* adducit, ex *Rufo* ſe deſumere inquit *Oribasius*. (Synops. L. 9. c. 36.) Quin et ea, quae verba haec ſequuntur, in *Aëtio* et *Oribasio* eadem ſunt, quae tamen ad *Aretaeum* pertinere haud ſatis liquet; ista vero, quae paulo post de vino ſcribit *Aëtius*, ex *Aretaeo* plane excerpsit. Quaedam ex *Archigene*, ibidem, de *Diabetis* curatione, exſcribit *Aëtius*.

Digitized by Google

Calculi Curatio

Ceterum habitum, ad *Calculos* procreandos aptum, huic rei inidoneum facere nullo modo posſumus; Uterum enim sterilem reddere facilius est, quam Renes, *Calculis* creandis aptos, ab eorum generatione prohibere. Quapropter ad transitum *Calculis* expediendum opem ferre oportet. Itaque si tenuiter inhaerescat *Calculus*, auxilia indicabimus; nam doloribus vehementer afflictantur, et interdum etiam torsionibus, colique volvulo, et urinae ſuppreſsione abſumuntur. Renes enim et Colon ſemet invicem contingunt. Itaque si *Calculi* inhaereant, neque urina reddi poſsit, et intestina torqueantur, venam tali, qui affecto Reni in directum jacet, incidito; etenim ſanguinis a Renibus effusiones astrictionem, quae ex *Calculis* oritur, relaxant: inflammatio enim omnes has partes occupat, et quasi vinculo constringit, atqui vasorum exinanitio inflammationem ſolvit. Lumbi quoque juxta Renum ſedem perfundantur;

Venae ſectio

Perfusio

tur; idque oleo, cui, sive id recens, sive vetus fuerit, injiciatur ruta: urinam quoque ciebit anethi coma, vel rosmarinus, aut sampsychum; his tanquam aqua perfundendum est: inunctiones enim parum prosunt. His etiam fovendum est, cum oleo chamaemelae vesicis bubulis infuso; eadem esto Cataplasmatum materia, cum farina. Interdum Cucurbitula, sine ferro, *Calculorum* inhaesionem tollit; sed optime feceris, si in inflammatione scarificationem adhibueris. Quod si his peractis fixi adhuc maneant *Calculi*, homo in oleum demittendus est; id enim simul omnia praestat: tepor enim partes relaxat, et viscidas quodam modo facit: acrimonia vero ad excretionem irritat; haec utique *Calculis* exitum aperiunt, eosque provocant. Inter medicamenta simplicia, potui dentur radices phu, mei, asari, herbae prionitis, sii, aut petroselini; ex compositis, unguenta quotquot nardum habent, et casi-

Fomenta et Cataplasmata

Cucurbitulae.

In oleo sessio.

Medicamenta.

Digitized by Google

am, et myrrham, et cinnamomum, (b) * * * *

Exulcerationis curatio.

Cicatrici inducendae prodest Sinapi, et ab igne crustae, et Epithemata supra proposita. At victus ratio, et inunctio, et navigatio, et in mari vitae traductio, omnia Renum morbis subveniunt.

* * * * * * * *
* * * * * *

CURATIO GONORRHOEAE.

Cap. V.

Et propter affectus turpitudinem, et propter tabis periculum, et ob li-

(b) Ex *Archigene* habemus Smegma ad Renum Calculos; (Aët. Tetrabib. 3. Serm. 3. c. 5.) Malagma; (c. 7.) Antidota; (c. 13.)

Digitized by Google

liberorum procreationis usum, *Gonorrhoea*, malorum omnium causa, quam citissime depellenda est. Haec itaque primo tanquam *fluxio* communis curetur; astringendo scilicet partes circa vesicam, et fluentes locos: et refrigerando lumbos, ilia, pudenda, ac testiculos, ne semen ultra profluat. Refrigeratio et astrictio.

Deinde rursus omne corpus calefaciendum est: ad exsiccandas vias, astrictione scilicet, et perfusione: ad quod faciet lana ob ove sordida, et pro oleo, unguentum rosaceum, vel oenanthinum, cum vino albo, odorato; calor autem sensim movendus oleo communi, in quo melilotum inferbuerit, et sampsychum, et rosmarinus aut conyza: optima est etiam anethi coma, et multo etiam magis ruta. Iisdem in Cataplasmatis utere, cum hordei, aut ervi farina, et irionis semine, et nitro, quibus, ut haec omnia conspirent atque commisceantur, mel adjici potest. Talia sunt etiam Ca- Calefactio.

Digitized by Google

taplasmata, quaecunque cutem rubefaciunt, pustulasque excitant, et fluxionem derivant, et locos tepefaciunt: tale est *Emplastrum viride*, quodque ex lauri bac is conficitur. Castoreum quoque frequenter bibendum, et radix halicacabi ad drachmam et menthae decoctum; ex compositis autem, id quod ex gemino pipere constat: optimum etiam est *Symphonis*, et *Philonis Antidotum*, idque quod ex *Scincho* bestia ad potionem paratur, et *Bestini Antidotum*, et illud, quod ex *Viperis* reptilibus conficitur. Curatio autem prorsus a ratione victus petenda est; fidendumque exercitationibus, et ambulationi, et gestationibus: haec enim habitum calefaciunt, cujus rei affectus indiget. Quod si aeger a rebus Venereis temperet, et frigida lavetur, spes est fore, ut homo virilem habitum quam celerrime acquirat.

Victus ratio.

CU-

Digitized by Google

CURATIO
STOMACHICORUM.

Cap. VI.

(c) In aliis affectibus, post Curationem, victus ratio ad vires et corporis robur confert: (bona concoctio prodest;) ista autem in *Stomachicis* solis offendit. Quemadmodum itaque bona concoctio comparetur, indicabo, nam gestatio, deambulationes, corporis, et vocis exercitatio, et alimenta concoctu facilia ad expugnandum stomachi fastidium sufficiunt, quae tamen omnia longam concoquendi imbecillitatem tollere non possunt, neque corporis habitum ex macilento pin- Victus.

(c) Videntur aliqua hic deficere, quia nihil fere, nisi de iis, quae ad victum pertinent, dictum est.

Digitized by Google

guem atque carnosum efficere. His multo magis, quam aliis aegrotantibus, gratificandum est, et omnia commodissime praestanda *(d)*: eorumque cupiditatibus obsequi debet Medicus, nisi quid magnopere noxium desiderent, nam ita factu optimum est, si non rerum valde juvantium appetitu moveantur. Medicamenta potui dentur, apsinthii succus, unguentum nardinum, *Theriaca*, et petroselini, et piperis, et zinziberis, et seselis semina; haec utique ad concoctionem valent. Pectori etiam Epithema astringens imponatur, ex nardo, mastiche, aloë, acacia, et malorum caro cum palmulis contusa Epithema fiet astringens; alia quoque adhibeantur, quae in *Diabetis* Curatione, ad sitis exstinctionem commemoravi: eadem enim in his sitim movent, cum stomachi constitutio in *Stomachicis* plerumque siti vacet.

Medicamenta ad concoctionem.

Epithemata.

CU-

(*d*) Hippocratis verba (Epidem. L. 6. Sect. 4.)

Digitized by Google

CURATIO
COELIACORUM.

Cap. VII.

Si ventriculus cibos retinere nequeat, et alimentum incoctum, immutatum, et crudum effluat, nihilque in corporis molem feratur, *Coeliacos* hos vocamus; nimirum ob innatam caloris, qui concoctioni inservit, refrigerationem, et ob facultatis imbecillitatem, quae alimenta digerit.

Imprimis itaque ventriculum oportet quiete ac inedia a laboribus recreare; nam ita revertentur vires. At si copia in stomacho subesse videatur, jejunis, ex aquâ vel mulsa, vomendum est. Ventriculus ipse, ut astringatur, obtegendus perfundendusque lanis ab ove

Vomitus.

Epithemata.

Digitized by Google

ove ſuccidis, quae unguento roſaceo, aut oenanthino, aut melino inungantur, vel, quod optimum est, lentiscino *(e)*, cum hypocystide, et oliva immatura; et cum his Cataplaſmata ſuperdentur, ad tactum calida, et facultate adstringentia. Et sicubi in jocinore, aut ventriculi ore, distentiones inflammationesve appareant, admota Cucurbitula concidatur cutis; ſunt enim, quibus hoc auxilium per ſe ſuffecit, cumque ceratis impoſitis vulnera fuerint ad cicatricem perducta, et ad duritiem devenerint, huc Hirudines admoveto.

Cucurbitula.

Hirudines.

Epithemata ad concoctionem.

Deinde Epithemata ad concoctionem facientia ſuperimponantur, quale est id, quod ex ſeminibus constat *(f)* quodque, si chamaeleontis radix adjiciatur: optimum est: et id, quod ex lauri baccis conficitur *(f)*: nec non et Malagma *Viride*

(e) His congrua habet *Archigenes*. (Aët. Tetrabib. 3. Serm. 1. c. 37. (ff) Mala-

de dictum meumque, ut id appello, *Mysterium*, haec enim et emolliunt et incidunt, et calorem excitant, et viscerum inflationes discutiunt, quae omnia, ut astrictio fiat, praestari debent; ceterum et sinapi, et limnestis, et euphorbium, et quotquot ejusmodi sunt, omnia refrigerationem arcent, et calorem refuscitant. Ejusmodi quoque medicamenta, astringendi gratia bibere oportet, imprimis utilis est plantaginis succus, cum aqua myrtis aut malis cydoniis astringente reddita: optimus etiam est uvae immaturae acinus. Vina asumantur perquam astringentia. Deinde medicamenta potui dentur ventrem calefacientia, quotquot ex zinzibere, et pipere, et petroselini semine conficiuntur, et *Theriaca* summopere coagmentata. At si per haec morbus aut nihil, aut

Medicamenta astringentia.

Medicamenta calefacientia.

lagmatis his etiam in affectu hoc utitur *Archigenes*. (Aët. Tetrabib. 3. Serm. 1. c. 37.

Digitized by Google

Vomitus aut parum remiserit, vomitionibus a radicularum esu utere: et si in his hellebori albi radicem per noctem unam occulueris, purgationem valentissimam effeceris, quae frigidos purgabit excernetque humores, et calorem succendet *(g)*.

Victus ratio. Quin et victus et vitae ratio cum summa moderatione instituatur; noctu dormiatur, interdiu obambuletur: exerceatur vox: gestatio fiat inter lauros, aut in myrtetis, *aut* in thymo, siquidem perspiratio, ac spiritus adductio medicamentum quoddam habent concoctionem adjuvans. Exercitationes adhibeantur: frictiones: manuum dimotio: halterum jactus ad exercendum pectus ac ventriculum. Propinationes fiant: nam ad confirmandum robur panis minime valet. Ab his, rubificatio, deambulationes lentae. *(g)* * * * * * * * * * * * * * *

CU-

(gg) Eadem habet *Archigenes*; (Aët. Tetrabib. 3. Serm. 1. c. 37. (a quo eti-

Digitized by Google

CURATIO
ARTHRITIDIS
ET
ISCHIADIS.

Cap. XII.

*** *(h)* cibis, et radicularum esu, frequenter: ac deinde ad helleborum album veniendum est. Post haec victus communis esto, cum aliis affectibus; et post victum, inunctio, frigida in mari lavatio, omnibus *Arthriticis* praecipua et communia Vomitus

Victus ratio.

etiam reliqua hujusce affectus curatio peti potest.

(*h*) Curatio *Ischiadis* deest; quae abunde suppleri potest ex *Archigene* (Aët. Tetrabib. 3. Serm. 4. c. 1. 2. 3. 4. et 5.)

Digitized by Google

nia ſunt auxilia. Nam *Podagricis* quoque helleborus, ſed in primis morbi acceſsionibus, mirifice ſuccurrit: qui si jam inveteraverit, et a Parentibus etiam haereditario deſcenderit, is usque ad mortis diem inhaeret. At contra exacerbationes mali in Articulis hoc pacto ſubveniendum est; lanae adhibeantur ab ove ſuccidae; Perfusiones ex roſaceo et vino et nonnullis ſpongia ex poſca prodest. Postea Cataplasmata fiant ex pane cum refrigerantibus cucurbitae ſylvestris et peponis partibus, cumque tenui cucurbita, et plantaginis herba, et roſarum foliis, nec non et sideritis dolorem mitigat, cum pane, et bryo, et ſymphyti, radice, et quinquefolii herba, et marrubium quod foliis est tenuibus: hujus decoctum dolores etiam optime lenit: et ipsa herba cum panis mica, et hordei farina, Cataplasmata faciet.

Externa in Paroxyſmo auxilia.

Ma-

Digitized by Google

Malorum quoque citriorum pars cibo non apta cum polenta magnopere succurrit, ficus item aridae, et amygdala, cum aliqua farina. Haec utique refrigerantium materia est, et ex his sane aliud alium juvit, et idem aliquando alium atque alium. Quibusdam vero calefacientia conveniunt, et inter haec etiam idem alii alias prodest. Pervulgatum est autem, et hoc ad dolorem tollendum valde proficere: capram oportet herba iride ad satietatem pasci, quae interposito tempore quantum conficiendo in ventre pabulo suffecerit, mactetur, et intra hujus ventrem in ipso stercore occulendi pedes. Medicamenta sunt ad effectum hunc innumera: aegrotos namque ipsos medicamina sibi plurima comparare calamitas ista cogit, sed Medicorum pharmaca suo loco scriptis exponentur.

Digitized by Google

CURATIO
ELEPHANTIS.
Cap. XIII.

Morbis, ut ii exſolvi queant, remedia valentiora eſse debent. *Elephantem* vero, tam ingens malum, quaenam medela poſsit expugnare *(i)*? Neque enim parti tantum uni, aut viſceri unico inhaereſcit: neque intus ſolum impingitur, aut extra ſerpit: ſed totum hominem intra occupat, totumque foris complectitur. Triste profecto viſuque horribile ſpectaculum, belluae namque ſpecies est. Porro cum his homines verſari, atque vitam agere, non minus quam cum pestilentia, metunt;

(*i*) Propter haec verba *Aretaeum* laudat Paulus. (L. 4. c. 1.)

Digitized by Google

unt; contagio enim, per inſpirati aëris infectionem, facile communicatur. Ecquodnam igitur in Arte Medica ſatis validum quiſpiam repererit, quod huic affectui medeatur, auxilium? Verum enim vero omnia ſimul et medicamenta adhiberi neceſſe eſt, et victus rationem, et ferrum, et ignem. Quae ſi incipienti morbo admoveas, ſalutis poteſt eſſe ſpes, ſin is perfecte jam creatus fuerit, ac viſceribus tenaciter inſederit, et faciem inſuper occuparit, de homine deſperatum eſt.

Incidantur itaque venae cubiti ambae: incidantur etiam venae in talis; non eodem die: praeſtat enim temporis interjectio, quo plus ſanguinis emitti, et recreari queant vires; ſanguis etenim ſaepe et copioſe detrahendus eſt, quippe qui vitium nutriat, cujus autem ſana pars exigua eſt, quae naturam alit. Quare conjicere oportet, ut ſanguis pravus et colliquatus detrahatur, Venae ſectio.

Digitized by Google

et interim corpori idoneus ſervetur, quoad alimenti defectu morbus ceſſerit, novus enim corpori commixtus cibus longo temporis ſpatio antiquum exstinguit. Postea propine-
Purgatio tur *Hiera*, neque ſemel tantum: ſed omnia frequenter fiant, et post refectionem rurſus uſurpentur. Cibo item alia insit ex medicamentis purgatio, qualem in *Ischiadis (k)* curatione propoſuimus; lac etiam indiſcretum, ſed largiter, ut alvum ſolvat, potui detur: adjiciatur au-
Vomitio. tem aquae quinta pars, ut id omne effluere poſsit. Ocyus autem ad vomitum deducendi, jejuni primo: a cibo, postea: Deinde a radicularum eſu; quae frequenter omnia et aſsidue fiant: helleborum etiam album quolibet tempore praebendo, ſed praesertim vere, ac autumno, diem ex die, et proximo rurſus anno. Et si morbus invaluerit, medica-

(k) Locus iste deest.

Digitized by Google

camenta potui sumta, quotquot noverit quispiam, propinentur: nam medicamenta copiose adhibita prosunt. Ego sane, quaecunque a me cognita sunt, literis mando: cedriae cyathum unum, brassicae duos mixtos exhibe. Aliud: sideritidis succi cyathus unus, trifolii unus, vini ac mellis duo. Aliud: Elephanti dentis ramentorum drachma, cum vini *Cretici* cyathis duobus. Medicamenta.

Porro viperarum, animalium reptilium, caro in pastillos redacta potetur; oportet autem, amputato cujusque capite caudaque ad quatuor digitos, reliquum elixare, donec spina a carne discesserit: et hanc in pastillos confictam, in umbra refrigerare, qui, sicut etiam scilla potui exhibeantur. Ipsae quoque viperae in coena pro opsonio dentur, quae piscium instar, praeparari debent. At si Medicamenti ex *Viperis* compositi facultas suppetat, id omnium loco bibendum Viperarum usus.

Digitized by Google

est; id enim omnia simul praestat.

Tumores detergentia.

Ad haec corpus detergendum est, et tumores complanandi, hujusmodi inter *Celtas*, qui nunc *Galli* dicuntur, medicamenta alia sunt innumera: sed ex nitro factis globis, quibus pannos abstergunt, quosque saponem vocant, corpus in balneo detergere optimum est. Optime quoque portulaca, et sempervivum cum aceto, et lapathi decoctum, cum sulphure ignem non experto, corpus detergebit. Illud item compositum prodest, ex alcyonio laevigato, et nitro, et aceti faece combusta, et alumine sciscili, et sulphure ignem non experto, et costo, et iride, et pipere; forsan autem omnia pro singulorum viribus miscendae sunt, et aliud cum hoc aequis portionibus mixtum inspergentes perfricare posumus. At faciei tumoribus sarmentorum cinis illini potest, cum ferae alicujus adipe, leonis scilicet, aut pantherae, aut ursi, aut si his careas, chenalopecis; simile enim in dissimili, que-

quemadmodum simia homini, maxime juvat; et amoniacum thymiama, cum aceto aut plantaginis succo, aut herbae sanguinalis, et hypocystis, et lycium. Quod si caro livida sit, prius incidenda est, ut in eam derivetur succus. At si ab acribus fluxionibus excoriatas partes lenire cupias, foeni graeci decoctum, aut hordei cremor, molliter abstergebit, et ex oleis, rosaceum, et lentiscinum *(l)*. Balnea vero assidue ad madefaciendum corpus, et ad humores noxios perspirandos proficiunt.

Cibus esto mundus, boni succi, concoctu facilis, simplex; et victus ratio ex omni parte exacte instituta, quo- Victus ratio

(l) Curandi ratio eadem omnino est in *Archigene*; vix ullum remedium, simplicis cujusvis medicamenti usus in hoc capite praecipitur, quod non ab illo itidem adhibetur. (Aët. Tetrabib. 4. Serm. 1. c. 121. 123. 124. 125.)

Digitized by Google

ad somnos, et ambulationes, et degendi locos. Exercitationes adhibeantur; cursus: corporis contorsiones: pilarum jactus; quae omnia fiant citra lassitudinem, cum idonea tamen intentione: opportuna etiam exercitatio est, spiritus, vocisque emissio. Vestis munda sit, non modo ut Visum non offendat, sed etiam, quia sordes in cute pruritum excitant. Vinum apsinthii jejuni bibant; pro prandio, panis ex hordeo, salsamentum vetus, et exiguum quid malvae, aut brassicae, semicoctum, cum cymini liquamine, pro coena, pastinacae radix, et alica cum vino et melle antiquo mixtis. Et ex mari, quotquot ventrem solvunt, tellinarum juscula, ostrea, echini: et ex piscibus, saxatiles; ex animalibus terrestribus, lepus, aut sus: inter aves, perdices cujusque generis, palumbes, columbae, et quicquid in regione optimum reperiatur; ex arboreis fructibus, ii, qui horarii vocantur; vina dulcia

Exercitatio

Cibus

iis,

Digitized by Google

iis, quae vinosa sunt, meliora. Balnea naturaliter calida, sulphurea, prosunt: et vita in aquis diu acta, et mare, et navigatio. Balnea

Per helleborum purgationes usurpentur; albus superiorem ventrem, niger inferiorem purgat; quin et albus non modo vomitum provocat, sed et omnium quoque medicamentorum purgantium valentissimum est: non excretorum varietate et copia, id enim *Cholera* morbus potentius facit; neque vero intentionibus ac violentia inter vomendum, id enim nausea in mari validius praestat. Ceterum neque vim, neque qualitatem malam habet; quo fit, ut laborantibus salutem reddat, et per exiguam purgationem, et cum intentione parva. Porro vetustorum omnium morborum, qui radices jam altas egerint, cum reliqua auxilia nihil quicquam opis praestiterint, id unicum remedium est; siquidem igni facultate par est helleborus albus, Helleborus

bus, et quicquid ignis ustione facit, illo plus helleborus per interiora discurrens operatur, spirationem nempe facilem ex difficili, ex malo colore, bonum, et ex malo, habitum corporis pinguem efficit. (m)

(m) Veterum fuit inquit *Coelius Aurelianus*, Morb. Chronic. L. 4. c. 1.) Medicorum nullus hujus Passionis Curationem conscripsit, excepto *Themisone*, atque ex Philosophis Democrito, si vere ejus *de Elephantiasi* dicitur conscriptus liber.

Digitized by Google

INDEX.

A

Abortus causa Convulsionis. p. 8. Prolapsus uteri. p. 245. Divulsionis Membranæ uteri. p. 246.

Absceſsus p. 141. eorum signa p. 143. cauſae. p. 142.

Abſceſsus coli etc. v. *Colon*, et partem, cujus abſceſsus quaeritur.

Aegyptia Ulcera. p. 26. 27.

Aegyptiorum Victus Ratio. p. 26.

Aestas v. *Anni Tempestates*.

Aestus causa Anginae. p. 20. Haemorrhagiae e Capite. p. 43.

Aetas puerilis corpus habet rarum, multam perspirationem, et humores fluxiles. p. 34. intestina habet lubrica p. 68. eruditate multum laborat *ibid.* Asthmate, ceteris aetatibus facilius, liberatur p. 152. Cachexia facile tentatur, et ex ea facile convalescit p. 180. Cholera saepiſsime laborat, sed sine periculo p. 64. convulsionibus aſsidue obnoxia, non autem admodum periculose. p. 9. Diarrhoeae obnoxia sed absque Ventriculi vitio p. 224. Epilepsiae obnoxia p. 106. 317. Hydropibus, Anasarcae, et Leucophlegmatiae dictis, opportuna p. 190. Ictero, non frequenter, sed non secure laborat p. 175. Ileo saepe, sed absque discrimine, afficitur p. 68. Lienis affectibus, facile tentatur ac liberatur p. 166. Paralysi non difficulter sanatur p. 132. Pleuritide, nec frequenter, nec mortifere, corripitur p. 34. Tonsillarum Ulceribus valde obnoxia p. 25. Tuſsi, usque ad Phthisim, vexata, facile interdum sanescit p. 140. Vesicae ex acutis affectibus minime periclitatur. p. 87.

Aetas Juvenilis, multi sanguinis est, et qui facile inflammatur p. 23. Cholera saepe afficitur p. 65. Columellae affectui, qui Σταφυλὴ dicitur, obnoxia p. 23. Convulsionibus, minus pueris, aegrotat, sed periculosius p. 9. Dysenteriae opportuna p. 237. Hydropibus, Ascitae et Tympaniae, dictis plurimum tentatur p. 190. Ictero saepe, sed non cum periculo, aegrotat p. 175. Insaniae obnoxia p. 113. Lienis affectibus facile aegrotat et sanatur p. 166. Melancholiae obnoxia p. 113. Peripneumoniae difficulter curatur p. 41. Phthisi, ex Rejectione sanguinis,

Digitized by Google

nis, tentata vix convalescit p. 140. Pleuritide, minus frequenter, sed parum tuto, aegrotat p. 34. Renum acutis affectibus lethaliter tentatur p. 84. Satyriasi maxime obnoxia p. 95. Venae Cavae inflammatione mortifere afficitur. p. 80.

Aetas Constans (seu Virilis) Cachexia raro, periculose tamen, aegrotat p. 180. Cholera saepe laborat p. 65. Convulsionibus minime obnoxia p. 9. Dysenteriae opportuna p. 237. Jecoris etiam inflammationi p. 75. Insaniae item p. 113. Melancholiae quoque *ibid.* Renum etiam Acutis affectibus p. 84. Peripneumonia difficulter curatur p. 42. Pleuritide minus frequenter, sed cum discrimine, laborat p. 34. Venae Cavae inflammatione lethaliter aegrotat. p. 80.

Aetas Senilis frigida et sicca p. 9. Abscessibus Pulmonis, et Phthisi post Peripneumoniam raro sanatur p. 41. Cachexia lethaliter aegrotat p. 180. Cholera minime tentatur p. 65. coeliaco morbo saepe tentatur, p. 224. Columellae affectui, qui *κίων* dicitur, obnoxia p. 32. Convulsionibus, maxime, et periculosissime, patet p. 9. Dysenteria vix sanatur p. 237. Hydropum omnibus generibus exposita p. 190. sed praecipue Tympaniae *ibid.* Ileo, non frequenter, sed periculose, tentatur p. 69. Lienis etiam Affectibus, raro, sed cum discrimine. p. 166. Lienis parvo Tumore obeunt *ibid.* Paralysi, saepissime, mortifereque, afficitur p. 132. Phthisi similiter p. 140. Pleuritide, frequentius, sed minore cum periculo p. 34. Stomachico Morbo obnoxia p. 220. Vesicae etiam acutis Affectibus valde opportuna. p. 87.

Alicae Virtutes p. 342.

Allii esus Dysenteriae causa p. 229.

Aloë, bilem subducit p. 462. ex ea Hiera Medicamentum Melancholiae praecipuum, quodque Stomacho et Jecori subvenit, bilemque expurgat p. 465

Aluminosa naturaliter Balnea Melancholiae utilia p. 466.

Ἀναγωγὴ Αἱματος, id est, *Rejectio Sanguinis*, quid *sit* et ejus Species p. 42. 43. 46. Signa p. 43. Causae p. 47. 54. Curatio p. 360.

Ἀναισθησία quid sit p. 126.

Anasarca, quid sit p. 185. ejus signa p. 187.

Anasarca Uteri p. 192.

Anginae species duae, quarum altera Cynanche vocatur, altera Synanche p. 15 Canes angina frequenter invadit *ibid.* v. *Cynanche et Synanche.*

Anginae Causae p. 20. signa p. 14. Curatio p. 327.

Animae appetentis situs in Portis Jecoris juxta *Platonicos* p. 72.

Animi Passiones Paralysis causa. p. 131.

Anni Tempestates.

Aestas Concoctionem et Appe-

Digitized by Google

petitum minuit p. 220. Choleram maxime creat p. 65. Coeliacum etiam Morbum p. 224. Haemorrhagias item ex Inflammationibus valde periculosas p. 54. Ileum p. 68. Inflammationes p. 54. Insaniam p. 113. Melancholiam *ibid.* Paralysin minime p. 132. Stomachicum Morbum maxime p. 220.

Autumnus maxime parit, Coeliacum morbum p. 224. Dysenteriam p. 237. Jecoris inflammationem p. 75 Ileum p. 68 Insaniam p. 113. Lienis Morbos p. 167. Melancholiam p. 113. Phthises p. 54. Renum acutos affectus p. 84. et eorum calculos p. 206. Venae cavae inflammationes p. 80.

Hyems praecipue creat Coeliacum Morbum, sicubi valde frigida est p. 224. Colicum etiam dolorem p. 227. Convulsiones p. 9. Renum calculos p. 206. Paralysin p. 132. Pleuritides p. 33.

Ver affert ut plurimum Dysenteriam p. 237. febres ardentes p. 54. Haemorrhagias, ubi humidum et calidum est *ibid.* Inflammationes *ibid.* Insaniam judicat p. 113. Melancholiam item *ibid.* Paralysin frequenter creat p. 132. Pleuritides, ubi frigidum est p. 34. Renum abscessus et Haemorrhagias p. 206.

Anodynorum usus in Ileo. p. 395.

Aortae (quae ab *Aretaeo Arteria Crassa* dicta) Haemorrhagia mortifera p. 46. ejus inflammationis Cura- tio, p. [illegible]

Aphthae p. 24.

Apoplectum Crus quid apud Hippocratem significet. p. 126.

Apoplexia quid sit p. 225. ejus curatio p. 306.

Apostematiae quinam dicantur. p. 141.

Apsinthii succus potus, atrae bilis generationem in Stomacho impedit. p. 461.

Aquae Nili potus, causa Tonsillarum Ulcerum p. 26.

Aquae crassae, salsae, virosae Lienis Morborum causa. p. 157.

Aqua frigida pota, causa Anginae. p. 20. Coeliaci morbi p. 224. Dysenteriae p. 229. Hydropis p. 189. Ilei p. 68. Tonsillarum Ulcerum p. 25. Causo Phrenitidi juncto prodest p. 290. Causo in omni tuto, tutius autem et liberalius in eo propinatur, qui ex Vena Cava oritur p. 81. Pleuriticis noxia. p. 351.

Arenis involutari Cephalaeae utile p. 439.

Arteria aspera v. *Aspera arteria.*

Arteria Crassa v. *Aorta.*

Arteriotomia prodest in Cephalaea, Vertigine, Epilepsia et omnibus morbis Capitis. p. 430. 441.

Arteriarum juxta aures sectio p. 430. ante et pone aures p. 450.

Arthritis, quid sit p. 247. ejus causa p. 249. Accessio p. 250. curatio, p. 495.

Articulorum omnium Ulcera sanatu difficilia. p. 211.

Ascites quid sit p. 185. fit inter-

terdum ex Tympania p. 187. ejus signa. p. 186.
Asininum lac utile in Jecoris abscessu p. 473. 474. Marasmi periculo ex Syncope. p. 387. Renum acutis affectibus p. 409.
Aspera ex arteria Haemorrhagiae signa. p. 52. ejus ramuli in Pulmonis abscessibus exspuuntur p. 149. ejus incisio in angina periculosa. p. 332.
Aster, Terra. p. 369.
Asthma dicitur quaevis difficilis respiratio p. 150. sed peculiariter morbus est ita dictus *ibid.* ejus signa p. 152. sedes. p. 151 ejus species, Morbus Πνευμώδες dictus p. 154. ex Podagra Asthma insanabile est. p. 255.
Atheniensi in Peste, cur *Peloponnesii* venena in puteos conjecisse censerentur. p. 17.
Athletae cur adeo robusti. p. 214.
Aurium motus in Convulsione p. 10. in Arthritide eae afficiuntur. p. 252.
Austri flantes gravem reddunt auditum p. 447.
Autumnus v: *anni Tempestates.*

B

Balnea prosunt in Elephantiasi. p. 504. Marasmi periculo ex Syncope. p. 387. Renum Acutis Affectibus p. 409. Venae cavae inflammatione p. 407. Vesicae Acutis affectibus. p. 413.
Balnea naturaliter sulphurea, bituminosa, Melancholicis utilia p. 466.
Calidi Balnei facultates. p. 446. calida naturaliter et sulphurea Elephantiacis prosunt p. 504.
Frigidi Balnei Facultates p. 446. ejus usus in Gonorrhoea p. 488. item in Scotomate p. 446. frigidae lavationis in mari usus Arthriticis prodest p. 495. item in Cephalaea p. 439.
Bellaria Capitis dolorem movent p. 438. 448.
Bestini Antidotum p. 410. 488. concoctionem juvat p. 453. urinam movet p. 467. 474.
Bilis iram significat apud *Homerum* p. 111.
Bilis flava, a Scotomaticis per Vomitum ejici sueta, Maniam secuturam pronunciat: *atra* Melancholiam. p 105.
Bilis atra in acutis morbis sursum erumpens, mortifera: infra exiens, periculosa p. 110. in longis prodiens, in Dysenteriam et Jecoris dolorem desinit *ibid.* ad Diaphragma vel Stomachum tendens, Melancholiam parit *ibid.* feminis infra exiens vice Menstruae purgationis est. *ibid.*
Atram Bilem purgantia p. 465 eam expurgat Hiera ex Aloe *ibid.* ejus generationem in stomacho impedit Apsinthii succus potus. p. 461.
Bilis excerni solitae suppressio insaniam creat. p. 118.
Biliosa Diarrhoea v. *Diarrhoea biliosa.*

Digitized by Google

Bovinus potus Agyptiis usitatus p. 27. Dysenteriae causa p. 229. Tonsillarum Ulcerum causa p. 27.
Bubones pestilentes Jecori proprii. p. 56.
Buprestes epoti, causa Hydropis p. 190. Vesicae inflammationis lethiferae. p. 87.

C

Cachexia, omnibus affectibus originem praebet p. 175. Morbus est quidam per se ita dictus. p. 176.
Cachexiae signa. p. 178. Causae. p. 177.
Cachexia fit ex ictero p. 175. Hydropis praecipua causa p. 184. Lienteriae causa p. 239. e Scirrho lienis orta, vix sanabilis. p. 475.
Caeci intestini ex Ulceribus dejectiones quales p. 231.
Caeparum esus Dysenteriae causa. p. 229.
Calculus Renum p. 201. senibus usitatior p. 203. ejus in Ureterem lapsi signa p. 202. in Vesicam lapsi p. 203. per Colem transeuntis *ibid.* quomodo dignoscantur Calculi p. 208. Renum, cum Urinae suppressione, Calculus p. 82. Curatio renum calculi, p. 482. urinam supprimentis. p. 408.
Calculus Vesicae, pueris frequentior p. 203. insanabilis p. 207. exiguus tuto excidi tur p. 208. *Calculi* in Vesica signa p. 210 *Urinae* suppressio p. 210 *Calculo* in Vesicae cervicem delapso p. 86. suppressionis hujus curatio. p. 412.
Calculi causae p. 203.
Cancri uteri p. 244.
Canes Anginae valde obnoxii p. 15. rabidi canes in furorem agunt homines inspiratione sola. p. 16.
Canina convulsio p. 127. ejus signa. p. 133.
Cantharides, Vesicam magnopere laedunt p. 451. eam lethaliter inflammant. p. 87. earum noxae in hoc casu medetur lac. p. 451.
Cantharides in Phoenigmis, Epilepticis valde utiles p. 451.
Capitis dolor p. 101. ejus species et signa *ibid.* curatio. p. 428. causa morbi, Vertiginis dicti p. 103. v. *Cephalaea.*
Capitis Haemorrhagiae signa p. 43.
Capitis Hydrops p. 191.
Caput, Maniae interdum sedes. p. 121.
Caput purgat Hiera p. 310. ejus morbis omnibus prodest Arteriotomia p. 430. ejus incisio in cute et osse usque ad Diploen, Cephalaeae remedium p. 435. Terebratio *ibid.* Ustio in Cephalaea. p. 434.
Capiti sinapis esus utilis p. 436. ei in Cephalaea obest coitus. p. 438. ei obest Casei esus. p. 437.
Capiti morbus proprius, Epilepsia. p. 56.
Caprinum lac, prodest in Renum Acutis Affectibus p. 409. Venae Cavae inflammatione p. 406.

Car-

Digitized by Google

Cardiaci morbi signa p. 55. Causae p. 375. Curatio *ibid.* v. *Syncope*

Καρδιογμὸς (Oris Ventriculi Morsus) non vocatur Στομαχικὸν Πάθος p. 220.

Carycaea p. 437.

Caseus capitis dolorem movet. p. 437.

Castoreum, Nervorum morbis omnibus medetur p. 300. membrorum resolutioni in Apoplexia mirifice utile p. 311. in mulsa potum Concoctionem valde juvat p. 453. in Marasmo ex Lethargo prodest p. 305. ejus potus frequens in Gonorrhoea prodest p. 488. in Clystere Lethargicis utile p. 295. item aliis modis adhibitum p. 299. in Vesicae resolutione, cum oleo sedi injectum proficit p. 315. ejus usus in Tetano p. 324. Medicamentorum sternutamenta excitantium optimum. p. 300.

Cataplasmata in Angina p. 329. Apoplexia p. 312. Arthritide p. 498. Cholera p. 391. Coeliaco morbo p. 492. Gonorrhoea p. 487. Hydrope p. 286. Jecoris inflammatione p. 399. Ileo p. 395. Lethargo p. 297. 302. Phrenitide p. 285. 289. Pleuritide p. 345. Tetano p. 323. Tonsillarum Ulceribus. p. 337.

Καθετήριον, instrumentum ad mittendum sanguinem e naribus p. 433.

Catheteris usus, in Urinae suppressione ex Vesicae calculo p. 414. periculosus in Vesicae resolutione. p. 315.

Cava vena, v: *Vena Cava*

Causi signa p. 60. Syncopes initium est causus p. 59. 375. Causi species est, Venae cavae et Aortae inflammatio p. 79 et ita haec ab Antiquis dicta est p. 404. Causo in omni Aqua frigida tute bibitur. p. 81.

Cauterium v: *Ustio.*

Κέδματα in Vena Cava p. 78.

Celtae, *Aretaei* tempore *Galli* dicti p. 501.

Cephalaea p. 101. ejus species et signa *ibid.* curatio. p. 428.

Cephalaea Vertiginem, sive, Scotoma Morbum, producit p. 103.

Cephalalgia p. 101. v: *Capitis.* dolor.

Cervicis ictus, Convulsionis causa. p. 9.

Charonaei Specus homines unico Spiritus haustu occidunt. p. 16.

Chenalopex p. 502.

Chironomia p. 435. 446. 455, 494.

Chiragra quid sit p. 248.

Χολάδες vocantur intestina superiora usque ad Caecum p. 227.

Cholerae signa p. 63. Curatio. p. 387.

Chorda nomen intestinorum p. 67.

Chordapsus, quid sit, *ibid.*

Cibus nimius, causa anginae p. 20. apoplexiae frequentissime p. 308. insaniae p. 118.

Cibus inflans, Hydropis causa p. 189.

Ciborum corruptio, causa Epilepsiae in pueris. p. 317.

Digitized by Google

Ciborum acrium esus, causa Dysenteriae p. 229.
Ciborum variorum et inusitatorum corruptio, causa ilei. p. 67. Jecoris inflammationis. p. 73.
Cibus magna est medela. p. 341.
Cibus humidus, febrientibus aptissimus. p. 279
Cibus in Crisibus et paulo ante has, subtrahendus p. 280.
Cicadae comestae, utiles Vesicae p. 413.
Κίων, morbus columellae. Ejus signa p. 21. 22. curatio p. 334.
Clysteris usus in Angina p. 327. Apoplexia p. 308. Cephalaea p. 431. 432. Columellae morbis p. 335. Epilepticorum Paroxismo p. 317. Hysterica suffocatione p. 417. ileo p. 394. Lethargo p. 294. Peripneumonia p. 356. Phrenitide. p. 287. Pleuritide p. 349. Renum acutis Affectibus p. 409. Satyriasi p. 422. Syncope p. 378. Tonsillarum Ulceribus p. 337. Venae Cavae inflammatione p. 405. Vesicae resolutione p. 315.
Coeliaci morbi signa p. 222. causae p. 224. Curatio p. 491.
Coelosyria Tonsillarum ulceribus obnoxia p. 27.
Coitus obest in Gonorrhoea p. 488. Capiti et nervis in Cephalaea et Convulsionem minatur p. 438. Epilepticis adolescentibus nocet p. 458. similia Epilepsiae Symptomata inducit p. 457. nimius ejus usus causa Paralysis p. 131. ejus effraenate appetentes Maniaci p. 123. et Elephantiaci p. 267. et Satyriasi affecti p. 94. ejus nimia libido causa insaniae p. 118. ejus libido a vini potu exsuscitatur p. 423.
Colon intestinum crassum et carnosum p. 70. grande et per totum Ventrem sese convolvens *ibid.* concoctioni inservit p. 169.
Coli abscessus p. 70. 233. Sectus et ad sanitatem perductus p. 142. oritur ex dolore Colico p. 226.
Coli ulcera ex dolore Colico oriuntur p. 226.
Colici morbi signa p. 225.
Coli affectus quomodo a Tenuium intestinorum morbis discernantur p. 70.
Coli vitio fit icterus p. 168. quomodo p. 169.
Columellae affectuum signa p. 22. causae *ibid.* curatio p. 334.
Columellae affectus, dictus Ἰμάντιον p. 21. Κίων *ibid.* Κεφαλωτὸν p. 22. Σταφυλή. p. 21.
Columella bifida facta. p. 22.
Columella tuto in his Affectibus abscinditur. p. 23.
Columella usque ad palatum quandoque exesa est. p. 338.
Coma in Pleuritide p. 31.
Concoctio bona quomodo comparanda. p. 489. ejus commoda. p. 215. eam juvantia Medicamenta p. 452 Epithemata. p. 492.

Digitized by Google

Convulsionis species tres p. 7. signa, p. 10. causae p. 8. Curatio. p. 320.
Convulsio ex abortu mortifera est p. 8. et ex vulnere *ibid.* ex Melancholia insanabilis p. 463. in Tonsillarum Ulceribus quando timenda p. 338. metuenda ex coitu in Cephalaea p. 439. excitatur ex nimis arcta Cucurbitulae adhaesione p. 323.
Convulsio linguae p. 133.
Convulsio Canina p. 127. ejus signa p. 133.
Cor respirationis vitaeque principium p. 37. attrahit aërem per pulmones. p. 38. affectum, mortem statim infert *ibid.*
Cordi morbus Syncope proprius. p. 56.
Cor qui affectum habent, sensu acutiori praediti p. 58. futura vaticinantur *ibid.* & p. 62.
Coronali in futura, ossis incisio usque ad Diploën, Cephalaeae remedium p. 434.
Κορυνοβολίαι, Exercitatio Elephantiacis utilis. p. 503.
Cranii Terebratio in Epilepsia. p. 451.
Κραιπαλον, morbus columellae. p. 22.
Cremasteres musculi, in Affectibus Coli dolent, p. 71. ideoque ab ignaris Medicis sine fructu saepe exsecti. p. 226.
Κριθίαν potus *Aegyptiis* usitatus, et causa Tonsillarum ulcerum. p. 27.
Crises ante multo, in Acutis morbis, Evacuantibus uti oportet p. 277. in his et paulo ante has, cibus subtrahendus. p. 280.
Criticorum dierum usque ad primum circuitum sanguis mitti potest in phrenitide p. 277. Criticis diebus syncope incidere solet. p. 377.
Cruditas causa abscessuum p. 142. Dysenteriae. p. 228. Hydropis. p. 189. ilei. p. 68.
Crusta Ulceris genus in Tonsillis. p. 24.
Cucurbitulae usus cum Scarificatione, in angina. p. 19. Apoplexia p. 313. Cephalaea. p. 430. Coeliaco morbo p. 492. Columellae morbis p. 335. Epileptico Paroxismo, p. 317. Hysterica suffocatione p. 422. Jecoris inflammatione. p. 400. Lethargo p. 298. Melancholia *p. 461.* 463. Peripneumonia p. 356. phrenitide p. 287. Pleuritide p. 346. Renum calculo Urinam supprimente, cum inflammatione p. 409. Satyriasi p. 422. Scotomate p. 441. Syncope. p. 377. Tetano. p. 323. Tonsillarum ulceribus p. 337. Venae cavae inflammatione. p. 405.
Cucurbitulae sine ferro, usus in Apoplexia p. 313. Cholera p. 391. ileo p. 395. phrenitide p. 288. Renum calculi inhaesione. p. 485.
Cucurbitulae nimis arcta adhaesio in Tetano dolores convulsionesque excitat. p. 323.
Cucurbitula inclusus calor, pleuriticis fomentum optimum, et optime sudores elicit. p. 349.

Digitized by Google

Cursus, usurpandi pro Exercitatione. p. 435.
Cursus certamine, podagricus quidam, in Olympicis ludis, Victor. p. 254.
Κυνεώνος potus, Dysenteriae causa p. 229.
Cynanche, quid sit p. 14. Cur ita dicta p. 15. ejus signa p. 17. causae. p. 20. Curatio p. 327.
Κυνικὸς Σπασμὸς quid sit p. 127. ejus signa. p. 133.
Cyrenaicum Laserpitium Nervis Medicamentum optimum. p. 325.

D

Δαίμων *(Deus)* aliquis in homines Epilepsia laborantes ingressus esse putatur, unde Ἱερὴ νόσος fortasse dicta est. p. 108.
Delirium senile quomodo ab insania differat p. 117.
Dentes in Arthritide afficiuntur. p. 252.
Diabetes, unde sic dictus p. 197. Hydropis species est. p. 479. ejus signa. p. 197. Causae p. 198. Curatio p. 479.
Diaphragma, tarde suppurat p. 147. in Asthmate laborat p. 151.
Diarrhoea, in Phthisi mortifera p. 140. biliosa, solvit jecoris inflammationem p. 75. Peripneumoniam p. 41. Pleuritidem. p. 33. Satyriasim p. 95.
Diploe, Capitis p. 435. Uteri p. 246.
Dipsas, Serpens, morsu Symptomata Diabetis signis similia inducit p. 198.
Discorum jactus p. 446.
Dysenteria causa jecoris Affectuum p. 162. Lienteriae p. 238. Atrae bili per sedes in longis morbis exeunti succedit. p. 110.
Dysenteriae signa p. 232. causae p. 228.

E

Elephantis, bestiae, descriptio et natura. p. 256.
Elephantiasis, morbus ita dictus ab ejus similitudine cum Elephante p. 256. cur Satyriasis etiam dicatur p. 261. cur leo etiam vocetur *ibid.* et 265. cur etiam morbus Herculeus appelletur. p. 261.
Elephantiasis signa p. 261. Curatio. p. 498.
Elephantiaci Veneris effraenate appetentes p. 267.
Elephantiacorum historiae p. 268.
Emprosthotonus quid sit p. 8. ejus signa p. 12. Curatio *v. Curationem* Tetani.
Emptysis, quid sit p. 42.
Empye quid sit p. 135.
Empyemata v. Abcessus.
Empyi
Empyici } quinam sint p. 141.
Epilepsia, morbus capiti proprius p. 56. primis aetatibus maxime familiaris p. 106. ac-

Digitized by Google

cedente adolescentia quandoque tollitur *ibid.* inveterata, usque ad mortem continuat p. 107. ubi finitur, saepe partem aliquam corporis vitiatam relinquit p. 106. Aliquando furorem procreat p. 107. Succedit pituitae per vomitum à Scotomaticis ejici suetae p. 105. Fit ex Renum Haemorrhagiae suppressione p. 205. cur Ἱερὴ νόσος dicatur p. 107.

Epilepsiae signa p. 106. Curatio p. 449.

Epileptici paroxismi signa p. 1. Causae p. 317. curatio p. 316.

Epileptici dolorum in Curatione tolerantes. p. 450.

Epilepticorum more, Asthmatici pereunt p. 153. mulieres etiam in hysterica suffocatione, sed absque Convulsione. p. 89.

Epithemata in Cholera p. 391. Coeliaco morbo p. 491. Diabete p. 480. Melancholia p. 467. Phrenitide p. 289. Sanguinis Rejectione p. 364. Stomachico morbo. 490. Syncope p. 382. Venae Cavae inflammatione p. 407. Vesicae Haemorrhagia p. 412.

Ἐπιχορδίδα Veteres Mesenterium vocarunt p. 67.

Equinum lac in Renum Acutis Affectibus utile p. 409.

Ereteriae terrae usus p. 369.

Erysipelas pectoris, in Angina signum salutare. p. 19.

Ἔχαρη Ulceris genus in Tonsillis. p. 84.

Eunuchi, qualis naturae, et cur ejusmodi sint. p. 214.

Exercitationes in Cephalaea p. 435. 438. Coeliaco morbo. p. 494. Epilepsia p. 455. Elephantiasi p. 503. Gonorrhoea p. 488. Melancholia p. 467. Scotomate p. 440.

Exercitatio manuum p. 446. 435. 494. *v. Chironomia.*

Exercitatio Vocis p. 445. 494. 503.

Experientia, optima Magistra p. 303.

F

Fabarum esus ulcera pulmonis purgat. p. 470.

Febris ardens *v. Causus.*

Felium comestio a quibusdam Epilepsiae remedium putata. p. 453.

Flatus Peripneumonicis efficiunt. p. 358.

Flatulenti (Φυσώδεις) iidem ac Melancholici. p. 111.

Flatulentus cibus, hydropis causa p. 189.

Fluor uteri albus p. 241. ruber. p. 240. eorum species. p. 241.

Fluxio diuturna, causa abscessuum in pectore p. 142. Columellae affectuum p. 22.

Fomenta in Angina p. 330. Jecoris inflammatione p. 399. ileo p. 395. Lethargo p. 298. Pleuritide p. 346. Renum inflammatione p. 409. Renum Calculo *ibid.* et 485. Tetano p. 322.

Digitized by Google

Frictionis usus, in Cephalaea p. 435. Coeliaco morbo. p. 494. Epilepsia p. 456. Lethargo. p. 304. Marasmi periculo ex syncope p. 387. Sanguinis Rejectione p. 373. Scotomate p. 443.
Frictio cum linteis asperis p. 445.
Frigida aqua *v.* Aqua frigida et Balneum frigidum.
Frigus, causa Abscessuum p. 142. Anginae p. 20. convulsionis p. 9. Dysenteriae p. 228. Epilepsiae in pueris p. 317. Haemorrhagiae e capite p. 43. jecoris inflammationis p. 73. Ilei p. 68. Paralysis. p. 131.
Fructuum horariorum esus, causa jecoris inflammationis p. 75.
Fulicae cor, a quibusdam Epilepsiae remedium putatum p. 453.
Furor ab esu Mandragorae et Hyoscyami ortus p. 116.
Furoris signa, et curatio *v. Mania.*

G

Gagatis odor, Epileptici paroxysmi causa p. 2.
Galactophagi p. 470.
Galli dicti *Aretaei* tempore, qui antea *Celtae* vocabantur p. 501. ex nitro factis globis, quos saponem vocabant, ad lintea detergenda, utebantur etiam in Balneo. ibid.
Gangraena Vesicae. p. 87.
Gargarismata in Angina. p. 330.
Gaudium inopinatum atque ingens, Paralysis causa p. 131.
Gestatio, in Cephalaea p. 438. Cholera. p. 391. Epilepsia. p. 455. Gonorrhoea p. 488. Lethargo. p. 304. Melancholia p. 467. Marasmi periculo ex Syncope p. 387. Renum calculo p. 410. Sanguinis Rejectione p. 373. Scotomate p. 445. Venae Cavae inflammatione p. 407.
Gonorrhoea fit ex Satyriasi p. 214. causa Paralysis p. 213. ejus signa p. 212. Curatio. p. 486.
Gonorrhoea Muliebris p. 213. 243.
Grumi Sanguinis urinam supprimunt in Renibus p. 82. in Vesica p. 85. quomodo dissolvi debent. p. 412.

H

Habitus corporis universus icterum gignit p. 170.
Haemorrhagia intestinorum p. 236. in vena cava p. 78. maxima est in jecore p. 72. et supprimi nequit p. 159. Renum p. 204. Vesicae p. 209. Uteri cito occidit, p. 93.
Haemorrhagia, e naribus, Peripneumoniam solvit p. 40. et Pleuritidem p. 32. quae per febres fit, ex nare Jecori aut lieni opposita p. 47. e naribus fieri solitae suppres-

Digitized by Google

sio per palatum erumpit p. 43. Scotoma facit p. 440.
Haemorrhagia, loco Menstruorum fit. p. 48. solvit jecoris inflammationem. p. 75.
Haemorrhagiae solitae suppressio insaniam facit p. 118.
Haemorrhoidum profluvii suppressio, Causa Cachexiae p. 177. Melancholiae p. 462. Scotomatis, p. 440.
Halterum jactus. p. 435. et 494.
Helleborus albus, Evacuantium omnium optimum ac valentissimum p. 439. purgantium et Vomitoriorum medicamentorum valentissimum p. 504. ejus facultates *ibid.* ejus exhibendi modi p. 442. ante ejus usum assuefaciendus Vomitioni Stomachus, et quomodo p. 463. ejus usus in Arthritide p. 495. Elephantiasi p. 500. Melancholia p. 463. Podagrae primis accessionibus mirificus p. 496. Scotomate p. 442.
Helleborus niger atram bilem subducit p. 460. ejus usus in Elephantiasi p. 504. Melancholia p. 460.
Herculeus morbus idem ac Elephantiasis p. 261.
Heterocrania p. 102. ejus Curatio p. 439.
Ἱερὴ νόσος, cur ita dicta p. 198.
Ἱερὸν idem quod μέγα p. 108.
Hiera purgans universum corpus perpurgat et lene medicamentum est p. 421. Stomacho et jecori subvenit, et bilem expurgat p. 465. varium et calidum medicamentum est. p. 326. Sensus et Caput et nervos purgat. p. 310.
Hierae usus, in Apoplexia p. 309. Cephalaea p. 429. Diabete p. 480. Elephantiasi p. 500. Epilepsia p. 450. 452. hysterica suffocatione p. 419. ileo p. 396. Lethargo p. 295. Melancholia p. 463. Satyriasi p. 421.
Ἱμάντιον, Columellae morbus p. 21.
Hippocrates, quid per σκέλος Ἀποπλῆκτον significet p. 126.
Hirudinum usus, in Coeliaco morbo p. 492. jecoris inflammatione p. 400. Satyriasi p. 422.
Homerus, testimonio est, bilem idem ac iram significare, nigrum vero idem ac multum ac efferum p. 111. Vesicae vulnus valde dolorificum esse inquit p. 412.
Horarii fructus jecoris inflammationem faciunt p. 75.
Hydrocephalus. p. 191.
Hydropici parum sudant p. 162 et 188. iis utile Cataplasma p. 486. iis multae prodest urinae effusio. p. 479.
Hydropis Species et signa. p. 184.
Hydrops fit in parte corporis, ut capite, pulmone, jecore, liene, utero. p. 191.
Hydropis singularis quaedam Species p. 192.
Hydropis species quaedam est, Diabetes p. 479.
Hydrops praecipue oritur ex Cachexia p. 184. et ex ea in-

Digitized by Google

insanabilis p. 177. fit ex dolore Colico p. 226. ex ictero p. 175. Jecoris scirrho et ulcere p. 160. 161. e lienis tumore *ibid.* e lienis scirrho vix sanabilis p. 475. ut etiam ex podagra. p. 255. item ex jecoris inflammatione p. 75. succedit morbo qui Πνευμώδης (Asthmatis species) dicitur p. 156. liberatur aquae copiosa fluxione e colo p. 233. in lienteriam aliquando feliciter transit p. 239. Sudoribus tutissime solvitur p. 162.

Hyems v. Anni tempestates.

Hyoscyami esus, furoris causa p. 116.

Hystericae suffocationis signa p. 90. Curatio p. 415. ei morbus alius similis, qui non ab utero est p. 89.

I

Icterus, in Acutis morbis periculosus p. 167. fit ex inflammatione jecoris p. 74.

Icterus fit non modo ex jecore, sed ex aliis etiam visceribus p. 168. nomen ἀπὸ τῶν Ἰκτίδων, quorum oculi aureo colore sunt, obtinuit. p. 171.

Ieteri signa. p. 167.

Icterus albus p. 173. niger *ibid.*

Ictus, causa abscessuum p. 142. Anginae p. 20. Apoplexiae p. 308. Dysenteriae p. 229. Haemorrhagiae e capite p. 43. jecoris inflammationis p. 73. ilei p. 68. Paralysis p. 131. Vasorum ruptionis. p. 47.

Iecoris officium et natura p. 72. 156. 398. 459. Jecoris portae, sedes animae apud Philosophos quosdam p. 72.

Iecoris maximae sunt Haemorrhagiae p. 72. quae supprimi nequeunt p. 159. per os eductae minime frequenter p. 46. in febribus fiunt ex nare ei opposita p. 47.

Iecoris ustio in ejus abscessu p. 159.

Iecoris inflammati signa p. 73. causae p. 75. curatio p. 399.

Iecoris Abscessus, signa p. 157. 75. Curatio p. 471.

Iecur tarde suppurat p. 147.

Iecoris hydrops p. 75. 161. 191. scirrhus p. 161. ulcus sine suppuratione p. 160.

Iecoris dolor atrae bili per sedes in longis morbis exeunti succedit p. 110.

Iecori proprii sunt bubones pestilentes p. 56.

Iecori prodest hiera purgans ex Aloë p. 465.

Iecur hominis, quidam Epilepsiae remedium esse scripsit p. 454.

Iejuni intestini ex ulceribus dejectiones quales p. 229.

Ileus, unde sic dictus p. 67.

Ilei signa p. 69. causae p. 67. 394. curatio p. 393.

Impetigo occupat digitos in Elephantiasi p. 265. et mentum circulo complectitur. *ibid.*

Inflammatio v. partem, cujus quaeritur inflammatio.

Inflammationes vere oriuntur, sed aestate maximae p. 54.

Insania v. *Mania.*

Intestina, χορδή dicta p. 67. eorum lapsus in scrotum causa ilei p. 68.
Intestinorum abscessus p. 68. Haemorrhagia p. 236. Ulcera p. 228.
Intestina Tenuia cum afficiantur, quomodo a coli affectu dignoscantur. p. 70.
Intestini tunica per sedem excreta. p. 232.
Ira Epilepticis nocet p. 457. causa ruptionis Vasorum et Haemorrhagiae p. 47.
Ischias quid sit p. 248. ejus signa p. 259. curatio p. 495.
Iuvenes v. *Aetas Iuvenilis*.

L

Lactis virtutes p. 305. 469. 473. in alendo virtus p. 406.
Lac, Vesicam a Cantharidibus tuetur p. 451. pus per intestina optime educit in abscessu Jecoris p. 474. capitis dolorem facit p. 437.
Lactis usus in Elephantiasi p. 500. Marasmo p. 305. qui fit ex Syncope p. 387. Phthisi p. 469. Renum Acutis affectibus p. 409. Venae Cavae inflammatione p. 406.
Lac pulmonum ulceribus medicamentum optimum p. 469.
Lacte solo homines, *Galactophagi* dicti vescebantur. p. 470.
Lac asininum, etc. v. animal, cujus quaeritur lac.
Lanae combustae odor utilis Hystericis. p. 417.
Lapsus causa Apoplexiae p. 393.
Laryngotomiae in Angina pericula p. 332.
Laserpitium Cyrenaicum nervis medicamentorum optimum p. 325.
Lateris Haemorrhagia. p. 63.
Lateris inflammatio v. *Pleuritis*.
Lateris ulcus p. 41.
Lavatio v. Balneum.
Λειχῆνες v. *impetigo*.
Lemniae Terrae sigillatae usus p. 369.
Λέοντα, aliqui Elephantiasim appellarunt p. 261. et Λεόντιον p. 265. cur. *ibid.*
Lethargicorum curatio p. 294.
Leucophlegmatias, quid sit p. 185. ejus signa p. 187.
Lien, viscus rarum et sensus expers p. 164. naturae dissolubilis p. 165. ejus officium p. 169. saepe *Scirrhum* patitur, at raro suppurat p. 163. tardeque, sed periculose p. 147. ejus partes integrae in ejus abscessu aliquando prodeunt p. 165. per os sanguinem raro effundit p. 46. in febribus exnare ei opposita sanguis aliquando prorumpit. p. 47.
Lienis abscessus, signa p. 164. Curatio p. 475.
Lienis hydrops. p. 191.
Lienis inflammati Curatio p. 475.
Lienis Scirrhi, signa p. 163. Curatio p. 475.
Lienis tumor. p. 166.
Lienis vitio fit icterus p. 168. hujus ioteri signa p. 169.
Lienis morbi, in locis palustribus frequentes p. 167. eorum causae, p. 166.

Digitized by Google

Lieni utilis perfusio. p. 285
Lienteria quid sit p. 238. fit ex Dysenteria *ibid.* Hydropem aliquando feliciter solvit p. 239 levis, vomitione a cibo tollitur: gravis non item *ibid.* ejus signa p. 238. causae. p. 239.
Linguae convulsio. p. 133.
Lipothymia quid sit p. 127.
Lucernae extinctae odor hystericis utilis. p. 417.
Lunam qui offenderint, Epilepsia corripi putantur. p. 107.

M

Malvae seminis decoctum Melancholicis utile p. 465.
Mandragorae esus, furoris causa. p. 116.
Mania, fit ex Melancholia p. 112. quae insanabilis est. p. 463. fit ex Epilepsia p. 107. succedit flavae bili per vomitum a Scotomaticis ejici suetae. p. 105. quid sit p. 116. ejus species p. 119.
Maniae signa p. 121. causae. p. 118.
Maniae singularis (Entheae) species p. 124.
Mania laborantes, Veneris effrenate appetentes. p. 123.
Mania affecti historia. p. 120.
Marasmi ex Lethargo Curatio p. 305. ex syncope. p. 386.
Marina aqua, inter navigandum, siccitatem pulmonum ulceribus communicat p. 468.
Melancholia, quid sit p. 112. fit ex suppressione Menstruae purgationis p. 462. et ex suppressione renum Haemorrhagiae p. 205. ex haemorrhoidum profluvii suppressione p. 462. ex morbo stomachico p. 217. succedit atrae bili per vomitum a Scotomaticis ejici suetae p. 105.
Melancholiae signa p. 113. causae *ibid.* curatio. p. 459.
Melancholicis, aridae, densaeque carnes sunt p. 446.
Melancholici, dicti etiam Φυσώδεις ab antiquis p. 111. cujus naturae sint. p. 114.
Menstruorum suppressio, Haemorrhagiam facit p. 48. et Melancholiam p. 462. eorum vicem gerit atra bilis per sedes prodiens. p. 110.
Menstrua sollicitanda, in hysterica suffocatione p. 419. Melancholia p. 462.
Mesenterium Επιχορδίδα veteres appellarunt p. 67.
Mithridatis, antidotum p. 467. 481. concoctionem juvat, et urinam movet. p. 453.
Mulieres frigidae temperiei sunt, p. 96. humidiores et frigidiores quam viri p. 9. Arthritide, Viris rarius, sed dolentius tentantur p. 254. Asthmate, viris frequentius, laborant p. 151. et morbo coeliaco p. 224. et convulsionibus, sed minus periculose, p. 9. viris gravius furunt p. 113. in hysterica suffocatione (cui juniores tan-

Digitized by Google

tantum obnoxiae sunt p. 92.) Epilepticorum more sed absque Convulsionibus, moriuntur p. 89. alium morbum hysterico similem patiuntur, qui ab utero tamen non provenit *ibid.* Satyriasi tentari nequeunt. p. 96. humidiores usque ad morbum aliquando lascivae *ibid.* cum iis, coitus in Cephalaea Capiti, nervisque officit, et Convulsionis periculum intentat. p. 438.

Mulieris lac prodest in Marasmi periculo ex syncope p. 387. et venae cavae inflammatione p. 406.

Mulieris suffocatio hysterica p. 88. ejus in affectu isto curatio. p. 415.

Mulierum morbi ex Utero. p. 240.

Muliebris Gonorrhoea. p. 213. 243.

Mulsi virtutes. p. 286.

Μυδρίησις oculi. p. 131.

Μυσήριον *Aretaei* (Malagma) Concoctionem juvat. p. 492.

Μυωπώς esus Dysenteriam creat. p. 229.

N

Nares in Arthritide afficiuntur p. 252. ex iis missio sanguinis. p. 433.

Natatio in mari Cephalaea affectis prodest. p. 439.

Navigatio, utilis in Cephalaea p. 439. Elephantiasi p. 504. Phthisi p. 468. Renum affectibus diuturnis. p. 486.

Nervos somnus multus refrigerat, resolvit, et stupefacit p. 95. iis remolliendis medicamentorum optimum *Cyrenaicum* Laserpitium p. 325. eorum morbis medetur Castoreum p. 300. iis durum cubile officit p. 275. eos purgat Hiera p. 310. calefacit vinum p. 423. iis in Tetano prodest fomentatio p. 322.

Nervorum distentio, post vulnus mortifera p. 324. item ex Melancholia p. 463. ea excitatur ex Musculorum in Capite ustione. p. 434.

Nervis proprius morbus est, Tetanus. p. 56.

Nervis, in Cephalaea obest coitus. p. 438.

Nervorum omnium affectus est Arthritis. p. 248.

Nervi in Gonorrhoea *debilitantur* p. 213. in epilepticis dolent. p. 6.

Nervorum in pudendis inflammatio Satyriasim facit. p. 420.

Nervis inest praecipua Melancholiae causa. p. 461.

Nervi, quomodo in Paralysi afficiantur. p. 128. in Phreniticis laborant et saepe contrahuntur. p. 275.

Nervi scissio, cui paralysis succedit, mortifera est p. 131.

Nigrum, apud *Homerum*, idem quod multum atque efferum significat. p. 111.

Nili aquae potus morborum causa apud *Aegyptios*. p. 26.

Digitized by Google

O

Oculi Μυδρίησις, Πλαδυκορία p. 131. Φθίσις *ibid.* ejus papillae paraplegia *ibid.*
Oedema magnum in pectore, signum in Angina salutare. p. 19.
Oleo inseſsio ad movendos renum Calculos p. 485.
Olympicis in ludis, podagricus quidam, Cursus certamine, victor. p. 254.
Opisthotanus quid sit p. 8. ejus signa p. 12. *Curatio* v. *Curationem* tetani.
Oryzae facultates. p. 343.
Ορθόπνοια, idem ac Asthma p. 150. unde sic dicta *ibid.*
Ovillum lac, utile in renum acutis Affectibus p. 409.

P

Palustria loca morbis lienis obnoxia p. 167.
Palmulae, bellariorum solae Capitis dolorem non movent. p. 438.
Paralysis, quid sit p. 126. fit ex Haemorrhagiae renum suppreſsione p. 205. et ex Gonorrhoea p. 213. ex Melancholia insanabilis p. 463. item ex vulnere, aut nervi soiſsione mortifera. p. 132. *Paralysis modi* p. 127. causae p. 131. *signa* p. 132. *Gulae* in Apoplexia p. 313. *rectiintestini*. p. 315. *Vesicae*. p. 315.
Paraplegia, quid sit p. 12 ejus species p. 130.
Paraplegia in oculi pupill p. 131.
Paresis, Vesicae proprius af fectus. p. 126.
Paresis causae p. 131.
Partus violentus, causa pro lapsus uteri p. 245. et Mem branarum uteri divulsioni p. 246.
Pectus tarde suppurat p. 147 in Asthmate afficitur. p. 151
Pectoris abscesſuum causae p. 142. qui, per pulmonem et os pus effundunt. p. 141.
Pectoris Haemorrhagiae sig na p. 53.
Pectoris Membranae cum in flammantur in Peripneumonia, dolor percipitur, qu alias abest. p. 39.
Perfusio utilis in angina p 329. Apoplexia p. 310 Arthritide. p. 496. Cholera p 388. Gonorrhoea p. 487. Je coris inflammatione p. 399 Lethargo p. 296. Phre nitide p. 284. 289. Re num calculo p. 484. San guinis Rejectione p. 363 Scotomate p. 433. Syncop p. 378. Tonsillarum ulceri bus p. 337.
Peregrinatio, utilis in Cepha laea p. 439. Epilepsia p 455.
Peripneumonia, pulmonis in flammatio est p. 38. caus abscesſuum in pectore p. 14 superveniens Pleuritidi, m tifera. p. 340. solvitur H morrhagia p. 40. et D rhoea biliosa p. 41. et ur effusione ibid. ab ea

Digitized by Google

vantur, quibus in Angina tumor magnus extra surgit p. 332.
Peripneumoniae signa p. 38. Curatio. p. 355.
Peritonaei tumor falsó suspectus. p. 158.
Peste in *Atheniensi*, cur *Peloponnesii* venena in puteos conjecisse censerentur p. 17.
Pestilentes bubones, jecori proprii. p. 56.
Pestilentes morbi magnam cum Venenis affinitatem habent. p. 17.
Phagedaena uteri. p. 244.
Philonis Antidotum. p. 488.
Phlebotomia usurpanda ex vena Cubiti, eaque vel media (ut p. 277 et 459) vel cavae (ut plerumque) quae vocatur etiam illa, quae in cavo Cubiti est p. 307. in Angina p. 328. Apoplexia. p. 307. Cephalaea p. 429. Columellae Affectibus p. 335. Epilepsia p. 450. 452. Epilepticorum paroxysmo p. 317. Haemorrhagia p. 361. Hysterica suffocatione, cum inflammatione uteri p. 416. jecoris inflammatione p. 399. Ileo cum inflammatione p. 393. Lethargo p. 295. Melancholia p. 459. 463. Pleuritide p. 339. Renum calculo urinam supprimente et eorum inflammatione p. 403. Satyriasi p. 420. Syncope. p. 376. Tetano p. 321. Tonsillarum ulceribus p. 337. Vesicae acutis affectibus. p. 412.
—— ex vena cubiti utriusque, in Elephantiasi p. 499. jecoris inflammatione p. 399. Peripneumonia p. 355. Venae cavae inflammatione p. 405.
—— ex vena frontis, in Cephalaea. p. 429. et Epilepsia. p. 450.
—— ex vena frontis recta, et venis, quae prope oculorum Angulos jacent, in Scotomate p. 441.
—— ex venis linguae in Angina. p. 329.
—— ex venis nasi interioribus, in haemorrhagia Capitis p. 45. et Cephalaea. p. 433.
—— ex vena pubis, in hysterica suffocatione p. 418.
—— ex vena in talo in hysterica suffocatione p. 416. renum calculo p. 484. et satyriasi. p. 420.
—— ex vena utriusque tali, in Elephantiasi p. 499. et Melancholia. p. 463.
—— ex Arteriis *v. Arteriotomia.*
—— Quantitas missi sanguinis in Phlebotomia p. 430. 433.
—— Sanguinis nimia detractio Syncopem in phrenitide accersit. p. 287.
—— ante animae defectionem, in venae sectione, sanguis supprimendus in Peripneumonia p. 355. et etiam angina. p. 328.
—— Magnae incisionis usus in Phlebotomia p. 328.
Phlegmatias, idem quod Leucophlegmatias p. 185.
Phoenigni, adhibendi in Cephalaea p. 435. et Coeliaco morbo. p. 494. et Scotomato

Digitized by Google

te p. 441. valde proficui in Epilepsia, praecipue qui ex Cantharidibus constant. p. 451.

Φωναςκίη, v. *Vocis exercitatio.*

Phrenitici, acute audiunt p. 274. parum bibunt. p. 291. Facile in Syncopen delabuntur p. 277. iis caput, sensusque maxime afficiuntur p. 121. iis nervi laborant et saepe contrahuntur. p. 275.

Phreniticorum curatio. p. 274.

Phthisis, quid sit p. 135. ex Cachexia insanabilis p. 177. et ex dolore colico p. 226. et ex Peripneumonia, senibus mortifera p. 41. fit ex Haemorrhagia pulmonis, costae, aut asperae arteriae p. 46. et ex lienis tumore p. 166. et ex ulceribus pulmonis post Peripneumoniam. p. 41.

Phthiseos signa. p. 136.

Phthiseos Species, sine ulcere pulmonis p. 137.

Phthisis in oculi pupilla p. 131.

Phthoë quid sit p. 135. ejus signum peculiare p. 136.

Φυσώδεες apud veteres iidem ac Melancholici. p. 111.

Picis illitio (Πιτ]οκοπή) in capite ad Cephalaeam p. 435.

Picis liquidae odor utilis hystericis. p. 417.

Pila magna et parva, obsunt in Scotomate p. 446.

Pilarum jactus (Κορυνοβολίαι) *tiacis* Exercitatio Elephan- utilis. p. 503.

Pisorum comestio ulcera pul- *monia* purgat. p. 470.

Pituitae per vomitum e jici solitae, a Scotomaticis succedit Epilepsia. p. 105.

Pituitam educentia medicamenta per nares. p. 431. per os. p. 432.

Πλαντυκρία quid sit p. 131.

Pleurae abscessus, mirum quantam puris copiam emittat p. 143. per pulmonem et os pus effundit p. 141.

Pleuritis, quid sit p. 29. ex Peripneumonia sanabilis p. 340. solvitur haemorrhagia e naribus p. 32. et Diarrhoea biliosa p. 33. causa abscessuum in pectore p. 142.

Pleuritidis, signa p. 30. curatio p. 39.

Pleuritis Dorsalis p. 30.

Pleuritidis quaedam species ita falso dicta. p. 351.

Pleuritidis falsa opinio, in coli affectu p. 70. et in renum calculo p. 351.

Pleuriticorum more intereunt, quibus haemorrhagia est ex latere. p. 53.

Πνευμώδες, morbus Asthmati similis. p. 154. ejus differentia ab Asthmate p. 155. in hydropem aliquando desinit. p. 156.

Podagra quid sit p. 248. inveterata et haereditaria sanari nequit p. 496. item hydrope, aut Asthmate comitata. p. 255.

Podagrici qualis naturae sint p. 255. sibi ipsis Medicamenta componere affatim solent p. 497. iis, in primis morbi accessionibus, mirifice prodest vomitio ex helleboro p. 496. Po-

Digitized by Google

Podagricus quidam, olympicis in ludis, cursus certamine victor. 245.
Portarum jecoris (i. e. Venae portae) inflammatio cito occidit p. 72. in iis animae appetentis sedes juxta quosdam Philosophos *ibid.*
Proboscis Elephantis; cur ita dicta. p. 260.
Ptisanae virtutes. p. 342.
Πτύσις, quid sit. p. 43.
Puellae, usque ad menstruas purgationes, tonsillarum ulceribus obnoxiae p. 26. iis menstruorum loco, et in iisdem periodis, fit haemorrhagia. p. 48.
Pulmo, doloris expers. p. 38. cur et ejus natura *ibid.* cito suppurat, sed periculose p. 147. puris via est, in abscessibus pleurae, et ceterarum pectoris partium p. 141. afficitur in Asthmate p. 151. et in morbo qui πνευμώδες dicitur p. 154. et in pleuritide p. 32. pure impletur ex Peripneumonia p. 41.
Pulmonis abscessus ex Peripneumonia signa p. 148. qui causa Phthiseos est p. 135. et lenibus mortifer p. 41. ex haemorrhagia pulmonis p. 46. in eo fragmenta pulmonis exspuuntur. p. 149.
Pulmonis haemorrhagia p. 46. periculosissima, at fine dolore p. 55. ejus signa p. 52.
Pulmo hydropem patitur. p. 191.
Pulmonis inflammatio *v. Peripneumonia.*
Pulmonis ulcera ex Peripneumonia Phthisim creant p. 41. iis siccitatem aqua marina inter navigandum communicat p. 468. ea purgat fabarum esus p. 470. et pisorum *ibid.* iis utilissimum medicamentum lac. p. 489.
Purgatio adhibenda in Anginа p. 329. Apoplexia p. 309. Cephalaea p. 429. Elephantiasi p. 500. Epilepsia p. 450. 452. ileo. p. 396. Lethargo. p. 295. Melancholia p. 460. Satyriasi. p. 421.
Pus, per alvum aut Vesicam effusum Peripneumoniam solvit p. 41. et Abscessum Costarum ex Pleuritide. p. 33.
Puris, in abscessu species p. 145. quod salutem promittit p. 146. quod periculum intentat. *ibid.*
Puris, in Phthisi species. p. 136.
Puris per stomachum transitus, causa morbi stomachici. p. 218.
Πύη, quid sit. p. 135.

R

Rectum intestinum quare afficiatur in Vesicae affectibus p. 209. propendet aliquando ex intentionibus in vesicae calculo. *ibid.*

Digitized by Google

Recti in ulcere, dejectiones quales p. 231. hujus affectus eſt, tenesmus *ibid.*
Recti Paralyſis p. 315.
Renum natura p. 199. in Arthritide hi afficiuntur aliquando p. 252. et in dolore colico p. 226. eorum vitio fit interdum icterus. p. 186.
Renum calculus v. calculus renum.
Renum abſceſsus p. 206.
Renum ex inflammatione, calculo aut grumis ſanguinis in iis urinae Suppreſsionis ſigna p. 82. curatio p. 408.
Renum haemorrhagia p. 84. periodica p. 204. quae ſuppreſsa Epilepſiam, Melancholiam, paralyſim creare conſuevit p. 205.
Renum ulcera, per veſicam pus effundunt. p. 141. eorum ſigna p. 295. curatio p. 482.
Repletio, etiam quae ex rebus utilibus fit noxia. p. 438.
Pεῦμα diuturnum, cauſa abſceſsuum in pectore. p. 142.
Pεῦμα in Stomacho, non vocatur Στομαχικὸν πάθος p. 220.
Rusus inexplebilis, cauſa paralyſis. p. 131.
Ροιὰς (urinae profluvium) ſaepe uſque ad mortem continuat, ex Veſicae ſectione calculi extrahendi cauſa. p. seq.

S

Sacrum, idem quod, Magnum, ſignificat p. 108.
Sacer morbus cur Epilepſia vocetur. p. 108.
Sacri oſsis dolor, in affectu colico. p. 71. in Arthritide. p. 252.
Salivam moventia medicamenta. p. 302.
Saltus, cauſa ruptionis vaſorum et Haemorrhagiae. p. 47.
Saltus uſurpandi pro Exercitatione p. 435.
Samiae terrae uſus. p. 369.
Sanguis humanus ab Epileptico quodam epotus, *Aretaeo* vidente. p. 453.
Sanguinis miſsio v. *Phlebotomia.*
Sanguinis ſputum v. Ἀναγωγὴ Αἵματος.
Sanguinis profluvium v. *Haemorrhagia.*
Saponis gallici uſus in Elephantiaſi p. 501.
Satyri, quomodo in picturis atque ſtatuis exprimantur p. 93. cur morbo, Satyriaſi dicto, nomen dederint. *ibid.* et 96.
Satyriasis ſigna p. 94. curatio p. 420.
Satyriasi ſuccedit Gonorrhoea. p. 214.
Satyriasim aliqui Elephantiasim vocant, et cur. p. 261.
Scincho ex animali Antidotum. p. 410.
Scirrhus jecoris. p. 161.
Scirrhus, hiem frequens affec-

Digitized by Google

fectus p. 163. aegerrime diſcutitur p. 476. ejus ſigna p. 163. curatio p. 475.
Scotoma (Vertigo morbus) quid ſit p. 104. ſit ex Cephalaea p. 103. 440. cauſa eſt inſaniae, Melancholiae, Epilepsiae p. 105.
Scotomatis ſigna p. 105. cauſae p. 440. curatio. *ibid.*
Seminis debita retentio cauſa roboris p. 214. ſanitatis et fortitudinis *ibid.* ejus inopia Eunuchi ita effeminati et imbelles. *ibid.*
Semen inter somnum Maniacis effluit. p. 123.
Seminis copiam auget Vinum. p. 423.
Seminis profluvium *v. Gonorrhoea.*
Senes v. *Aetas senilis.*
Sensuum communis locus, ſinciput p. 323. ii in phrenitide praecipue patiuntur p. 121. eos purgat hiera. p. 310.
Sepiarum atramenti eſus, ilei cauſa. p. 68.
Sigillatae terrae *Lemniae* uſus. p. 369.
Sinapi, optime omnium Medicamentorum manducatum ſalivam movet p. 303. in Lethargo devoratum, quantum profit *ibid.* utile stomacho et Capiti. p. 436.
Sinapismus, Crurum, in lethargo p. 302. capitis, in eodem morbo. p. 303.
Sinopicae terrae uſus. p. 369.
Sitis origo, stomachus p. 480.
Somni, utilitates, et noxae p. 444. 455. nimius ſomnus nervos refrigerat, reſolvit, et ſtupefacit p. 96.
Somnifera remedia, in phrenitide p. 283. adhibenda in Peripneumonia, ſed cum cautela p. 358. in Satyriasi, ancipitia. p. 95.
Σπασμὸς Κυνικὸς, quid ſit p. 127. ejus ſigna p. 133.
Sphacelus intestinorum ex Dyſenteria p. 228.
Sphacelus Vesicae metuendus a Catheteris uſu, in ejus partis reſolutione. p. 315.
Σταφυλὴ (Uva) nomen eſt Affectus, columellae p. 21. unde ſic dicta p. 334.
Staphyles, morbi, ſigna p. 21. Curatio p. 334.
Sternutamenta, quaenam excitent medicamenta p. 300. 418. 431. horum medicamentorum optimum eſt Caſtoreum p. 300.
Stomachi facultates p. 215. is origo eſt ſitis p. 480. ei utile eſt ſinapi p. 436. et hiera purgans ex Aloë p. 465. vomitioni is aſſuefaciendus ante vehementium Vomitoriorum usum. p. 442. ante Hellebori albi aſſumtionem. p. 463.
Stomacho quinam affectus proprii ſint. p. 58.
Stomachi morbus, uteri fluori ſimilis. p. 243.
Stomachici morbi ſigna p. 215. causae p. 218. curatio. p. 489.
Stomachi Haemorrhagiae ſigna. p. 50.
Στροφὶνη, instrumentum ad mittendum ſanguinem e naribus. p. 433.
Studiosi literarum morbo ſtomachico obnoxii p. 218.

Digitized by Google

Sudorum solitorum suppressio, parit Cachexiam p. 177. et Maniam p. 118. et scotoma p. 440.
Sudor hydropem tutissime solvit p. 162.
Sudores movendi in Venae Cavae inflammatione p. 407.
Sulphurea naturaliter balnea prosunt Elephantiacis p. 504. et Melancholicis p. 466.
Suppurantia medicamenta quaenam, in Angina optima. p. 330.
Suppurationes v. Abscessus.
Suturae Capitis in Arthritide affectae p. 252.
Sutura in Coronali, cutis incisio usque ad os, et ossis scalptura aut incisio usque ad Diploën, Cephalaeae remedium p. 435.
Symphonos Antidotus p. 488.
Synanche (angina) cur ita dicta p. 15.
Synanches signa p. 15. causae p. 20. curatio p. 331.
Syncope quid sit p. 56. Cordis Vitaeque morbus est *ibid.* ejus natura p. 55. ejus initium, causus p. 375. oritur non modo ex nimia imbecillitate, sed etiam ex repletione nimia p. 376. in diebus criticis incidere solet. p. 377. sequitur nimiam detractionem sanguinis in Phrenitide p. 287. fit in Dysenteria p. 235. et Pleuritide p. 31. facile oritur in phrenitide p. 277. et Tetano p. 320. ea laborantes vaticinantur. p. 58. 62.
Syncopes signa p. 59. causae p. 375. curatio p. 374.
Syphon morbo Diabeti nomen indidit p. 197.
Syria Ulcera. p. 27.

T

Tabes (σύνηξις) ex Cachexia insanabilis p. 117. causa jecoris affectuum p. 162. v. Phthisis.
Tabefacti (συντηκτικοὶ) vocantur ii, qui post ulcera jecoris extenuati intereunt. p. 162.
Tenesmi signa. p. 231.
Terebratio Cranii in Cephalaea p. 435. et Epilepsia. p. 451.
Testiculi in dolore colico afficiuntur. p. 226.
Tetanus, morbus est nervis proprius p. 56. quid sit p. 7. post vulnus, mortifer p. 324. Syncopen facile accersit p. 320.
Tetani signa p. 10. causae p. 8. Curatio p. 320.
Theriaca ex viperis p. 467. 481. 493. 501. concoctioni promovendae utilis et urinae citandae. p. 453. 490.
Tonsillarum Ulcerum signa p. 23. causae p. 25. curatio p. 337.
Tumor magnus pectoris, in angina signum salutare p. 19. tumor extra surgens in angina, aegros Peripneumonia liberat; intro vergens, lethalis p. 332.
Tussis, causa Phthiseos p. 135. et Abscessuum in pectore p. 142.

Digitized by Google

Tympanias, quid sit p. 184. ejus signa. p. 186.

V

Variis grandini similibus lingua in Elephantiacis opletur p. 264.
Varis similia tubercula excitantur a medicamentis p. 436.
Vaticinantur syncope laborantes p. 58. 62.
Venae sectio *v. Phlebotomia.*
Venae cavae descriptio p. 76. ejus inflammatae signa p. 78. curatio p. 403.
Venae cavae Κίδματα p. 78.
Venae Portae inflammatio p. 73.
Venena, cum pestilentibus morbis magnam affinitatem habent p. 17. epota, Vesicam lethaliter inflammant p. 87. ea, quae Vesicam et renes infestant, Diabetis causa verisimilis. p. 198.
Veneri quibus natura dedita est, Satyriasi obnoxii. p. 96. *v. Coitus.*
Ventriculus in Coeliaco morbo afficitur *v. Coeliacus* morbus.
Ventriculi vitio fit icterus p. 168. quomodo p. 169.
Ventriculi Haemorrhagiae, periculum exiguum p. 46. signa p. 52.
Vertigo v. Scotoma.
Vesica, Nervus est albus ac frigidus p. 85. puris est via in Ulceribus jecoris, Lienis, et renum p. 141. in Arthritide afficitur p. 252. et in dolore colico p. 226. inflammatur epotis Venenis, Cantharidibus et Bupreste p. 87. a Cantharidibus, in Phoenigmo mixtis, magnopere laeditur, cui nexae occurrit lac. p. 251.
Vesicae abscessus. p. 211.
Vesicae calculus v. Calculus Vesicae.
Vesicae Haemorrhagia p. 87. ejus signa p. 209.
Vesicae Gangraenae et Mortificatio. p. 87.
Vesicae Resolutio Paresis proprie vocatur p. 126. 131. istius affectus curatio. p. 414.
Vesicae Sphacelus, metuendus ex Catheteris usu in istius partis resolutione p. 315.
Vesicae ulcera p. 210.
Vesica Urinae suppressionem patitur ex Inflammatione, et Grumis sanguinis p. 85. et ex calculo in ejus cervicem delapso p. 86. Suppressionis hujus signa *ibid.* curatio p. 414.
Vini facultates p. 291. 389. 423. ejus usus in Cholera p. 389. et in Syncope ex Phrenitide p. 291. in Syncopes extremo gradu, id unicum remedium p. 382. ejus potus inflammationibus periculosus p. 377.
Vini nimius potus, causa anginae p. 20. Apoplexiae frequentissima p. 308. causa haemorrhagiae e Capite. p. 43. jecoris inflammationis p. 73. insaniae p. 118. Paralysis. p. 131.
Viperarum comestio et praeparatio in Elephantiasi p. 501.

Digitized by Google

Viperis ex antidotum *v.* Theriaca.
Viri, mulieribus, asthmate rarius, sed periculosius, tentantur p. 152. Arthritide frequentius, sed levius p. 254. *v. Aetas virilis.*
Viridæ Emplastrum p. 488.
Viride Malagma concoctionem juvat p. 492.
Ulcera in Articulis omnia difficulter sanescunt p. 211.
Ulcera Aegyptia, Syria p. 27. *v. partem, cujus ulcus quaeritur.*
Vocis Exercitatio p. 445. in Coeliaco morbo p. 494. Elephantiasi p. 503.
Vomitionis usitatae desuetudo Cachexiae causa p. 177.
Vomitioni assuefaciendus stomachus ante vehementium Vomitoriorum usum p. 442. et ante hellebori albi assumtionem p. 463.
Vomitus Satyriasim aliquando solvit p. 95. a cibo, in levi lienteria, affectum tollit p. 239. alimenti, pituitae, aut alius cujusvis humoris, pueros ex epileptico paroxismo suscitat. p. 317.
Vomitus provocatio, inungendo puerorum tonsillas pennis urino unguento delibutis, ad Epilepticum Paroxysmum solvendum. p. 317.
—— ex aqua tepida, in Cholera p. 387.
—— ex eadem et oleo, in ileo. p. 394.
—— jejuno stomacho, in Elephantiasi p. 500. et Melancholia p. 463. jejuno stomacho, per squamas, vel mussam, in Coeliaco morbo. p. 491.
—— a radicularum esu, in Coeliaco morbo p. 494. et Elephantiasi p. 500. et Melancholia p. 464. et Scotomate p. 442.
—— a cibo, in Elephantiasi p. 500. a coena, post radicularum esum, in scotomate p. 442.
—— ex helleboro *v. Hellebo-rus* albus.
—— medicamentis quibusdam, linctus forma, provocandus in pueris Epilepticis p. 319. ex valentioribus in Adolescentibus eodem affectu laborantibus. *ibid.*
Urinae Suppressio *v. Renum* et Vesicae affectus.
Urinae profluvium (Ποιάς) ex Lithotomia. p. 208.
Urinae effusio, solvit jecoris inflammationem p. 75. et ejus ulcus tutissime p. 160. et Peripneumoniam p. 41. qualis in hydrope, ex jecoris ulcere prodest, et qualis obest p. 161. hydropicis salutaris p. 479. et Phreniticis. p. 279.
Ustio Capitis in Cephalaea p. 434. in Epilepsia valde prodest. p. 451.
Ustio jecoris in ejus abscessu p. 159.
Uteri sedes et natura p. 88. 92.
—— cancri p. 244.
—— fluor albus p. 240. fluor ruber *ibid.* eorum species p. 241.

Digitized by Google

Uteri Haemorrhagia, et inflammatio p. 93. ejus inflammati Curatio. p. 415.
—— hydrops p. 192.
—— Membranarum divulsio. p. 246.
—— Phagedaena p. 244.
—— Prolapsus p. 245.
—— Oris prolapsus. p. 247.
—— ulcera. p. 243.
Vulnus, causa Convulsionis p. 8. mortifera p. 324. Paralysis p. 131. lethifera p. 132.
Vulturis cerebrum (juxta quosdam) Epilepsiae medetur. p. 453.

Pag.	lin.	Pro	lege
17	1	Peloponnesios	Peloponnesios
24	22	Alveolas	Alveolos
43	2et7	Phthisis	Ptysis
57	5	qui	quia
--	--	profundendis	perfundendis
62	22	Prenitici	Phrenitici
79	1	Subricundum	Subrubicundum
120	9	claves	clavis
136	5	Pthoes	Phthoes
243	16	affundit	effundit
246	29	ve	vel
247	14	Arthritde	Arthritide
256	3	Cap. XIV.	Cap. XIII.
274	8	tempestate	tempestati
292	4	efficacissimus	efficacissimum
336	16	et myrrha	ex myrrha
355	1	L. I.	L. II.
360	6	Capt	Cap.
391	20	indentantur	intendantur
419	4	decretur	recreetur
424	1	auctos	acutos
438	9	quae	quod
496	22	cataplasmata	cataplasma

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google